SEBASTIANI MEDICIS

Florentini, Iuris Consul. & Equitis Sancti Stephani.

TRACTATVS De Regulis Iuris;


NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS

Cum Indice Materiarum copiosissimo.



Nicolai






FLORENTIAE
Apud Iuntas. MDLXXII.
Cum Licentia, & Priuilegio.

SERENISSIMO
FRANCISCO MEDICI
MAGNO ETRVRIAE
PRINCIPI.

Sebaſtianus Med. S.






VI parua munera deferunt alicui, Sereniſsime Princeps, omnes quidem verbis illa ornare ſolent; quod mihi modò ſanè contingere videtur, cùm hoc opus (exiguum certè, nec Magno Principe dignũ) tuo Clariſsimo nomini dicauerim: quod onus libentiſsime ſuſciperem, niſi materia ip-

ſa me ab illo detraheret; agnoſco enim hac in re præſertim mearum virium imbecillitatem, ac facilè ſentio, quàm minime officio tali ſatisfacere poßim; cùm res iſta ſummo eloquentiæ ſtudio ſit ornanda; Quis enim diuini, quis Pontificij, quis denique Cæſarei Iuris prudentiam (Ex qua totus tractatus perficitur) non ſummæ æſtimationis eſſe dicat? quamobrem vnum commo nuiſſe velim, nullam tantam vel eſſe, vel inueniri poſſe comēdationem, qua non amplior ſit, cùm origine, cùm effe- ctu, tum etiam fine legalis ſapientiæ di gnitas; originem enim habuit à Deo immortali, & hāc ipſam in ſtatu inno centiæ procul dubio prodijſe affirma- mus, & quid aliud in lege reperitur, quàm quod Deus diuinitus omnium Principum mentibus infudit? quæ cū

ita sint, atq; ita Deo opifice, Deo parẽte, hoc opus, hãc prolem in lucẽ prodiisse constet, consequens est quod tantæ illius fœturæ, cuius tã Excelsa est origo, non alius q̃ Eximius, & admirabilis effectus effulgeat; qua enim alia re, q̃ lege hominũ conuentus conseruatur? taceo, ꝙ cælũ, ꝙ pondera, quod deniq; totius mundi Machina sua coercẽtur lege; cuius quidem finis est commune omnium bonum, salubris omnium concordia, tutaq;, & trãquilla inter mortales conuersatio; vnde qui de gerẽdis publicis rebus recte sentiunt, fatentur sanè omnes necessarium esse, ne dum vtile humano generi, Iuris prudentiæ studiũ; quorũ vnus cùm præcipue sis Inuictissime Princeps, qui maximè professoribus legum fauere soles, nõ dubito quin hoc opus (licet minimum)

tibi iucundum sit futurum nullo ornatu verborũ, quod vt accipias te etiam atq; etiã rogo, sitq; tibi Iudicij mei testimonium, erga te gratiq; animi non omnino quale velim, sed quale possim hoc tempore monimentum; ego enim semper votis omnibus optaui, vt mihi declarandæ meæ erga te singularis obseruantiæ daretur occasio, nam hoc à maioribus meis hæreditarium habeo, qui semper tuam Serenissimã familiam summo studio, ac obseruantia coluerũt, quorũ vestigia sequutus, opusculum istud quã potui diligentissime cõfeci, tuoque nomini dicaui; quò facilius agnoscas illud mihi in terris numinis loco esse, vt illud tantùm venerer, quãtũ qui maxime, spero tamẽ quod muneris mei tenuitatẽ humanitatis tuæ magnitudo subleuabit. vale.

SEBASTIANVS MEDICES LECTORI S.





VM egomet mecum animo reputo humanißime Lector, per multum intereſſe comperio, inter eum virum, qui labore cura atque vigilijs in bonis artibus nomen iam aſſequutus ſit; eumq; qui in ſuis ſtudijs antea ſilentio quodam ingenuo verſatus nullum adhuc virtutis ſpecimẽ edidit. Alterius enim lucubrationes, ſi quãdo in lucẽ prodire dicãtur, antequã penitus abſoluãtur, homines vnde vis gentiũ alliciãt: qui auidiſſime expectent, librũ efflagitent, editionis morã & cunctationem vehementer accuſent; Alterius autẽ ſcripta paſſim deſpiciantur, & nec oblata quidẽ ab vllis legantur, ex quo factum eſt, vt, cum ego ſupra quam cuiquã credibile eſſet cuperem; vt id, quicquid eſt, operis nuper a me lucubrati, ab aliquibus legeretur, nec nomen tantum poſſe intelligerem; vt ipſo codice inſcriptũ intuentiũ oculos ad ſe deflectere poſſet, ſtatuerim, quãtũ in me eſt ingenij; iuris peritiã laudare; vt quos auctoris nomen non moueat; eximiæ artis ſplendor ſaltem ad legendum arripiat. Sed cum ingenii mei uires conſidero, adeo imbecilles ipſas eſſe comperio, vt tuis purgatiſſimis auribus ſatisfacere poſſe plane diffidã. Quis .n. diuinæ, quis humanæ legis ſcientiã non ſumma laude digna eſſe dicat? Quis tã exculti ingenij eſt quis tã excelſi

animi, qui in tanta rerũ vbertate et copia animo nõ deficiat? Tanta est.n.æqui atq; iniqui, circa quæ hæc scientia potißimũ versatur, amplitudo, ut laudanti non solũ materia vberrima suppetat, verũ etiã sylua quędã semper latior ac densior animo suboriatur, in qua dubiũ esse poßit sit ne intrare facilius, an exire. Cæterũ quia illorũ laudanda est voluntas, qui etiã si minus poßint tãtę causæ parẽ eloquentiã inuenire, studium tamen suũ ac mentẽ erga hoc tam præstantißimũ bonũ gratißime affectã declarant, laborẽ meum non penitus improbandũ esse confido. Nãq; id in primis notũ exploratũq; esse uelim nullã tãtã inueniri laudationẽ, quã nobilissima hæc nostra facultas, non longissime superet. Ipsa.n.cum origine, tum etiã natura & fine maxime excellit; originẽ.n. à Dijs immortalibus duxisse, iam dudum inter mortales constat: quãdoquidẽ Minos a Ioue, Licurgus ab Apolline, Solõ autẽ a Pallade illã accepisse fabulæ etiam attestãtur. At nos non inanes fabellas, sed rei veritatẽ secuti à Deo. Opt. Max. atq; id ipsum innocentiæ statu, in quo non poterat non omnia hominibus arridere tm̃ bonũ affluxisse affirmamus. Id quod Imperator nõ tacuit qui leges diuino quodã afflatu ac numine sanciari dicebat, codendæq; legis potestatẽ cœlitus sibi demandatã esse affirmabat. Quare si legũ latores veteres, quo plus auctoritatis legibus adderẽt, Deorũ oraculis prolatas prædicabant, diuino id consilio adsimulabant; non solũ vt ipsę facile approbarentur, ac pluris fierent. Sed etiã ut id muneris mortales homines (vt par est) a Principe Deo acceptum referrent: Verũ quanto sanctius a nobis ius nostrũ coli debet, quod nõ Oracula illa, vnde errores

res

res maximi, & manifestæ deceptiones in hominum genus sæpe emanebãt; sed certæ voces, diuinæq; nobis cõmendarint. Ecquid eo iure, quæso, nobis præcipitur? vetatur, probatur, atq; improbatur? Nisi quod Deus ipse diuinitus hominũ mẽtibus inscripsit? quę cũ sese habeãt constetq; prolẽ istam à parente Deo vere prodijsse, cõsequens esse videtur, prestantissimum hunc fœtum, cuius origo cœlestis est, non alios quàm excelsos atq; admirabiles fructus reddere; cuius quidem partes, si nos ad totũ referre vellemus, profecto tempus in ipso cursu deficeret. Maiores .n. nostri legẽ ciuitatis animã esse dixerunt, & sicut sine anima corpus, ita sine lege ciuitas persistere nullo pacto posit, cũ nihil sit in vita melius, nihil prestabilius, quàm in animos hominũ optimam de legibus sententiam & opinionẽ inserere, & nihil itidem perniciosius, nihil aptius ad ciuitatem aliquam nõ modo labefactandam sed penitus subuertendã atq; delendã, quàm prauis opinionibus ciuiũ animos imbuere; vnde leges contemnant, ex quo non domus, non liberi, nõ coniunx, quibus nec vita quidẽ nostra nobis charior est, in tuto erũt. Religio, doctrina, artes vniuersæ, atq; humanitas ipsa, quæ ocium pacemq; expetunt, inde exulabunt. Cũ igitur tot malis leges ita medeantur, vt nullum præsidium firmius, nullus custos fidelior probitatis sit, quid est cur aliquis non hanc sibi potissimum quærat, atque expetat medicinã? Quid.n. aliud vitia pellit, crimina punit, turpitudinem fugat, feros animi motus cohibet? Cuius tanta est etiam dignitas, vt græci homines, nobilẽ ipsius ortum exprimere volentes, Astræam appellare consueuerunt; vtpote quæ eos effectus inter

hominum

hominum genus parturiat, eas vtilitates afferat, quæ ex beatißimis illis sedibus atq; ex ipso cælo in homines transfundi solitæ sint; ipsæ ignauum erigunt, dubiū animi confirmant, fractum reficiunt, summos cum infimis pari iure & æquabilitate tuentur: quæ sane quot dignitatum gradus præstent, quot honoris insignibus homines decorent, nunc non est narrandi locus: namq; illis ducibus, non modo amplißimos magistratus, sed etiam Principatus & Regna quandoque mortales consecuti sunt. Notus nobis est Innocentius ille maximus, canonū uniuersorum interpres, clarus itidem Neratius, qui Traiano Imperatori ob summam legum peritiam adeo carus fuit, vt successorem, heredemq; tanti Imperij relinquere in animo habuerit. Numam Pompilium, Licurgum, Scęuolam, Solonem, et complures alios consulto prętaribo, de quibus nulla unquam tempora, nulla vetustas silebit. Mira quoq; ars, & decens quidam, & concinnus ordo, summa voluptate intuentium animos perfundere & vndiq; cumulare posset, Nam Uniuersa iuris prudentia, ceu quædam domus est, mira arte ac diuinitus fabrefacta, quam si intro diligenter aspicias, totius moralis philosophię pręcepta in ea amplecti, & contineri comperies. Nullum sane præceptum est, quod ad bene beateq; viuendum pertineat, quin sibi in hac felicißima & optime constituta domo domicilium delegerit. Cuius finem si diligenter animaduertemus, comperiemus esse commune omnium bonum, salubrem omniū concordiam, tranquillam inter omnes homines vitam & consuetudinem. Quin etiam ratio me cogitantem in hanc sententiam inducit, vt existimen nostrarum legū

cogni-

tognitionem non minus Reb. pub. gerendis atque administrandis conducere, quàm grauissima philosophiæ præcepta atque instituta, siquidem a legum latoribus ita recte, grauiter, decoreq; omnia disponũtur, vt nihil plane desiderari posse videatur; & sane ita res postulabat; erant enim leges ad ciuilem hominum consuetudinem conseruandam in primis accomodandę, non aliter ac pharmaca attemperari, quę ęgri corporis naturæ & viribus sint accommodata. In quo sane, maxime mirum est quod sum modo dicturus. Sunt enim quędam in Europa gentes, quæ res suas non ex his legibus iudicant, sed ex patrijs quibusdam, atque inter se adinuentis, vnamquamq; litem dirimere consueuerunt: ij tamẽ qui ad remp. accedunt, in peregrinam terram se conferunt, vt nostras leges addiscant; atque interrogati (vt aiunt) quamobrem tantum operæ ac studij insumant in nostris legibus ediscendis, cum nullus sit ipsarum apud eos vsus, respondent, animam se, spiritumq; legum suarum (sic enim locuntur) ex nostris legibus haurire; hoc est, vim ac facultatem quandam ęquitatis decerpere, vt de vernaculis suis legibus ęquius iudicent. Laudo equidem prudentissimam vocem, qua summi viri, qui nostri iuris auctores fuere, optime omnia perspexisse diiudicari possunt: neminem videlicet satis instructum esse ad ciuitatem regendam, qui in his cognoscendis saltem tyrocinium non fecerit. Quid? quod iure consultorum literis, bona magnaq; pars antiquitatis reliqua est? Veteres mores, Romani sermonis vocabula quædam, pleræq; figurę; quę nisi nostris legibus explicarentur (Teste Alciato) in alijs scriptoribus sæpe, non

aliter

aliter atque in luto hæreremus, neque optimorum auctorum insignes plerią; loci intelligi potuissent, nisi leges quasi lumine suo anteirent. Non igitur mirum est, si apud omnes magno sunt in precio. Nam si eximię quarundam ciuitatum imagines, si marmorea signa tanta diligentia asseruantur, si doctissimorum virorum monumenta custodiuntur, & eorum sententię tā auide memorię mandantur, vt sint alicui delectationi & decori; quid erit de legibus faciendum, quæ non vni alicui vsui sunt, non vnam tantum ciuitatem exornare; sed uniuersum terrarum orbem diuino quodam ordine instruere possunt? Vt igitur cæteris virtutibus debitus honos tribuatur facile patior: illustribus quibusq; operis sua gloria asignetur concedo; nulli deniq; arti suam gloriam inuideo. Verum præstantem hanc nostram disciplinam tunc suum ius obtinuisse existimabo, cum tanto interuallo cæteris gloria anteibit; quanto meritis & æstimatione reliquas omnes antecellit. Incredibile est, iam a priscis temporibus quam multos sectatores habuerit, vix numerari posset, quot singulis tempestatibus huic arti adhęserint, & nunc quidem quàmuis in dies magis magisq; augeatur fauentium numerus, ea tamen abundantia gloriæ est, ut quàmuis priscis illis magnam copiam honoris perpetuo suppeditarit, recentibus etiā nostræq; tempestatis uiris, & tibi etiam præstantissime lector non desit, quod largiatur, summa enim præcepta; inde & saluberrima inprimis effunduntur, quæ hominē ab humillimis tenuibusq; cogitationibus ad magna facinora erigunt, quibus si attentis animis operam dabis, intelliges, quam illi insaniant, qui leges spernunt, ac id,

quod

quod maxime erat amandum, crudeli odio ac verbis in fensis prosecuntur, vt pote qui neque iuris neque etiam boni & æqui vmbram viderunt vnquam, melius peius prosit, obsit, nihil vident, & nisi quod ipsi faciunt nihil rectum putant. Sed dixi fortasse lõgius, quàm mihi pro positum fuerat, quamuis parcius quàm tanta res postu labat. Reliquum est te adhorter, ut strenue pergas, neque imperitorum hominum vocibus è medio cursu reuo cari patiaris. Nam cum religio nostra iudicia compro bet, & legislatorem Dei filium habere merita sit, non modo non impium, sed Sanctum & illi Principi Deo ac ceptum faciet, qui ita sese parauerit, vt rite de iure respondere, & iuste unãquãq; litem iudicari possit, meminisse autem oportet, Deum auctorem esse iuris, & uindicem futurum. Iudicia Dei, ut ait Salomõ, libra & põ dus sunt. Tuẽdum itaque ius publicum nobis est, præser tim cum Romæ natum sit, in ea rep. terrarum orbis facile Regina, atque in illis augustißimis virorum cœtibus atque sanctissimis concilijs excogitatum est, ut uitã hominum omni labe, & culpa purgaret, & mentes ipsorum ad præclara facinora accẽderet, ac mortales eò, vnde ipsæ olim delapsæ sunt, tandem dirigerent: quare vereri leges, atque ipsarum disciplinã toto pectore amplecti perdiscamus, id statuentes, eos, qui illis non obse cuntur, non tantum cum hominibus, sed gigantum more cum Dijs pugnare, eamq; domũ, quam diuinitus constructam esse superius dicebam non modo acriter concu tere, sed etiam funditus euertere, ex quo nullum amplius domicilium virtutibus sit, nequitia aut aperte victrix dominabitur, & pusillo temporis spacio præclarissima

rißima


rißima quæq; facile subuertet; mortales autem miseri omni spe præsidioq; destituti scelestissimi cuiusque libidini prȩda atque ludibrium erunt; namq;, ut Isidorus inquit, nulla alia de causa leges adinuentæ sunt, nisi ut ipsarum metu humana contineatur audacia. Et vt aliæ leges alijs populis semper acceptæ fuerint, sua quisq; iura enixe perpetuo defensarit, nobis omnium maxime id agendum est, qui illiusmodi legibus instructi sumus, quæ sunt omnium præstantissimæ. Spartanæ enim quæ non agros sed fructus tantum diuidendos constituunt, paucis ad modum consulunt, neque cum nostris ullo pacto comparandæ sunt, nostræ enim in communem usum & utilitatem latius se effundunt, habent præterea illæ alia de connubijs vitiosa; Atticæ leges propius ad nostrarum formam accedunt, uerum nostræ plus habent grauitatis, nam qui Deus colendus sit melius docent, testandi iura cautius describūt, formas præterea iudicandi, ac cæteras id genus actiones prudentius insinuant, rectius distingunt personas, honesta diligentius imperant, ac contraria longius omnino repellunt, omnia deniq; quasi æquiori libra ponderare videntur. Viri autem quidam acutißimi, plurimum in nostris legibus ponderandis versati, sub ingeniosa imagine docuerunt, mortalibus, in humanæ huius vitæ turbulentissimis fluctibus constitutis, ex vnis legibus salutem sperandam esse: siquidem accurate monuerunt, vt quemadmodum nautæ ad ea sydera, quæ eodem semper loco circumaguntur, cursum dirigunt, ita nobis semper oculis hærēdum est sublimi huic & excelsæ facultati; qua duce non modo ad extremum huius vitæ finem bene &

lauda-

laudabiliter peruenire, sed post vitæ cursum beatiori quadam & feliciori vita in cœlo frui poterimus. Quod cum egomet mecum non semel cogitassem istis rationibus pellectus ad eas potissimum ediscendas animum appuli; cumque vigilando, ac plurimos libros euoluendo, permulta sparsim obseruassem, quæ animum meum iucundissime afficiebant, in ordinem redigenda existimaui, & nunc in volumen istud, quod vides, paruulum coniecta, non gloriæ aucupandæ; sed communis vtilitatis causa, edenda constitui, in quo si quid dictum inueneris, quod grauiori iudicio tuo minus dignum sit, obsecro te, vt id non minus difficultati rei, quàm ingenij mei tenuitati adscribas, meumq; istum laborem ad minuendum tibi laborem tantum susceptum, non dedigneris accipere: confido enim fore, vt summum fructum ex eo, (haud magno cum incommodo) aßequaris. Quod si primitias agelli mei non aspernabere, polliceor recipioq; te vberiores fructus aliquando ex eo degustaturum. Accipias igitur læto animo, benigne Lector, & cui cuimodi abste reperietur, æqui boniq; facias, & illo ordine, quem in libello nostro, pro captu ingenij nostri satis commode composuimus, non tantum ad vnamquamque rem propere reperiendam & iudicandam vtaris; sed etiam ad studia in animo tuo optime ordinanda; vt nisi, quemadmodnm optarem, delectasse aliquid saltem tibi profuisse perpetuo gaudeam. Vale. III. Idus Iunij. M. D. LXXII.

INDEX

INDEX REGVLARVM, quæ in isto tractatu declarantur.



SEBASTIANI MEDICIS

Tractatus De Regulis Iuris.

Summaria in Præfationem totius Tractatus.

1 *OMnis ars suis principijs constat.*
2 *Experientia est rerum magistra.*
3 *Quęstio soluitur ex idẽtitate rationis.*
4 *Plura sunt negocia quam verba.*
5 *Regulæ Vis, atque potestas.*
6 *Regulam habens pro se intentionem fundatam habere dicitur.*
7 *Præfationes maxime prosunt.*
8 *Regula ex iure sumitur.*
9 *Ius quid sit, et quotuplex, ac vnde originem habuerit, vide remissiue.*
10 *Regula quid sit.*
11 *Regula vnde dicatur.*
12 *Regula quotuplex sit.*
13 *Regula specialissima quæ sit.*
14 *Diuisio bona debet esse bimembris.*
15 *Regula Quot modis dicatur & intelligatur.*
16 *Regulariter qualiter procedere dicatur.*
17 *Generaliter quomodo intelligatur procedere*

18 *Regula qualis debeat esse*
19 *Lex Regulam continens nullum superfluum habere debet.*
20 *Regula debet esse vniuersalis.*
21 *Regula constituitur per signa vniuersalia*
22 *Dictio plerumque quid operari dicatur, & importat esse Regulam*
23 *Dictio interdum quid operetur? Regulam esse in contrarium.*
24 *Regula an faciat ius. uide remissiue*
25 *Regula quando amittat officium suum:*
26 *Regula non comprehendit Priuilegiatus*
27 *Regula non procedit vbi de fauore publico tractatur.*
28 *Regula quibus in casibus non detur.*
29 *Indefinita oratio quæ sit.*
30 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
31 *Exceptio dicitur de Regula.*
32 *Exceptio est ad derogandum regulę.*
33 *Specie de genere excepta nō cōtinetur sub genere.*
34 *Regula quemadmodum non habet locum in casibus non exceptis, itam etiam nec in similibus.*
35 *Exceptio nihil operatur, quando inconueniens resultat.*
36 *Exceptio sufficit quòd de regula sit.*
37 *Exceptio probat contrarium quod est in Regula.*
38 *Exceptio limitat regulam.*
39 *Exceptionis qualitas nisi habeat conformitatem cum regula nihil operatur.*

Præfatio.



1 MNIS artis progressus a generalibus præceptis rectè ducitur, quæ quidem ad cognitionem rerum omnium ita necessaria sunt, vt neque ignorari neq; in dubiũ reuocari debeãt.§.histigię inst.de iust. & iur.l.1.ff.si cer.pet.l.1.ff.de ori. iur.nam qualem censebimus medicum, qui nesciat contraria cõtrariis curari? Extremisq; morbis extrema remedia adhiberi? Qualem rhetorẽ, qui triplex esse dicendi genus, deliberatiuum, demostratiuum, & iudiciale non nouerit? Qualem deniq; Physicum, qui nesciat ex nihilo nihil fieri, vniusque generationem ex alterius corruptione deduci? Habet quoque legalis disciplina sua principia atque fundamenta sicuti omnes artes, l.1.ff. de iust. & iure, quibus ignoratis & omne quod

ex illis ignorari necesse est,& hæc sunt omnes cõmunes regulæ iuris,quarum sane cognitio quàm
2 sit vtilis, docet experientia rerum magistra † c. quàm sit de elect. vi. oportet enim prudenté solucre nodos,& controuersias quæ nunquam contingerunt,quod fieri nõ potest,nisi per huiusmo-
3 di positiones † applicatas ex identitate rationis.l. Clodius.ff.de acq.hæred.l.illud.ff.ad l.aquil.l.nõ possunt.ff.de legibus, quia cum plura sint nego-
4 tia quàm verba.l.iiii.ff.de præscr.verb.† non possunt omnes casus legibus complecti d.l.non possunt,ideo per regulas deciduntur.not.c.ii.de cõst. c.i.de rescr.c.pastoralis de iudiciis c.nouit de foro
5 comp.c.si diligenti de fide † instr.c.dudum.c. inter dilectos de præsumpt.c. venerabilis de exc.c. fin.de consi.& affi.l.fi.C.de auth.præst.l.nec auus C.de emanc. liber l.fi.ff.de Relig.& sumpt. funer. l. cum donationis C. de transact.l. si iudex. ff.de minor.ideo habens reg.pro se intentionem funda
6 tam habere dicitur, & aduersario † incũbit onus probandi contrarium gl.Din.& omnes in Rubr. de reg.iur.6.Dec.l.i.nu.6.ff.eod.Bald.l.ii.col.i.ff.si quis in ius voc.non ierit. De quibus cum ego in hoc pręsenti tractatu dicere decreuerim, nõ ab re duxi nonnulla prius hoc in loco præmittere,quę ad hanc materiam,quàm maxime conducere vi-
7 detur,† Præfationes enim maxime prosunt l.proponebatur.ff.de Castr.pecul.l.i.ff.si cert.pet.l.i.ff. de dolo.mal.exc.l.i.ff.de orig.iu.dixi ego in tract.
8 de leg.& stat.3.P. q.19.nu.5.† Et quia ex iure sumitur Reg.l.i.ff.eod.esset Primo loco videndũ quid sit ius, quotuplex sit,& vnde originem habuerit de quo cum late dixerim in tract. de defin.P.2. Defin.iiii.nu.v. & in d.tract. de leg.& stat.P.i.q.
6 per

9 6.per totum nihil est in † præsentia quod dicam. videamus igitur Primo quid sit Reg. & vnde dicatur? Resp.quod regula est,quæ rem quę est bre
10 uiter enarrat l.i.ff.de reg.iur. † hæc definitio, seu potius descriptio ponitur a me in tract. de defin. P.2.defin.100.in fine,quæ posset multipliciter impugnari, sed quia de hac materia defin. satis dixi in dicto tract.P.prima,Ideo ad aliud peruenio, dicens q reg.dicitur quod recte ducit nec aliquē
11 aliorsum trahit † not. c.iii.dist. iii. Secundo quæro quotuplex sit reg.& quot modis dicatur? Resp.duplicem esse reg. aliam generalem,aliā autem specialem,generalis reg.est quæ adaptari potest ad omnes dispositiones, tam iudiciales quàm
12 extra † tam inter viuos, quàm in vlt. vol.vt l.nihil tam naturale. ff.eod. item generalis est, quæ numquam fallit c. in toto de reg. iur.6. specialis autem reg.est quæ ad aliquam particularem materiam applicatur c.in iudiciis de reg.iur.6.l.in testamentis,& l.contractus.ff.eod. & quemadmodum datur reg.generalissima, ita & specialissima
13 reperitur,cum ipsa se refert ad aliquam speciem † alicuius dispositionis.l.aliud est vendere.l.omnis hæreditas.ff. eod. hanc bimembrem diuisionem feci, quia ipsa sola optima est.§. omnium inst.de
14 act. † sed quot modis accipitur reg?Resp. quod pluribus modis dicitur.Primo prout in l.i.ff.eod. de qua est sermo noster,secundo pro eo, quod regat,& recte ducat c.3. dist. 3. & hoc pacto omnis lex erit reg. Tertio pro ordine Ecclesiastico tot. tit. de regular. Quarto dicitur reg. Cancellariæ,
15 quæ facit ius. † Quinto dicitur reg. Euangelii c. quem admodum.§.fin.de iur. iur. Sexto reg. magistri c.de his 12.dist. Septimo reg.legis sacræ di-

citur c.bene nouit 61.dist. Octauo pro lege communi accipitur, & ê contra c. canon.3. dist. Nono pro virga ponitur Boer. in addi.ad Din.in Rub. extra eod.6. nu.2. Decimo & vlt.pro definitione dicitur, & e contra gl.& doct.l.omnis definitio.ff. de reg.iur.dixi in tract.de defi.P. in proem.nu.7. Tertio quæro quid differant inter se hæc duo videlicet Generaliter, & Regulariter? Resp. maximam esse differentiam inter ista, nam generaliter dicitur quod infallibiliter semper & in omnibus procedit, regulariter autem dicitur quando in aliquibus casibus procedit, fallit tamen in multis subsistente ratione, vt dixi supra nu. 12. de pri-
16 mo † Com.opin. est vt attestatur Cagnol. l.1. nu. 27.ff.eod.contra Dec.d.loco num. 18.conc.Abb.c. venerabilem de elec.Cardin.c.in Synodo 17.dist. Euer.in loco de exc.ad reg.num.15. l. Generali C.
17 de Sacr. Sanct. † Eccl.l.leges la.1.& la 3. C.de leg: addẽtes ad Dec. d.l.1.nu. 18.& nu.seq.Exẽpl.est d. c.in toto & c.plus semper de reg.iur.6.de secundo modo exẽpl.est c.q prior c. locupletari eod. tit. 6. Quarto quæro qualis debeat esse reg. & qualiter
18 constituatur † Resp.reg.esse debere breuem l.1.ff. eod. laudabilis enim in omnibus breuitas dicitur esse, præsertĩ in legib⁹ tradẽtib⁹ reg.in quib⁹ nullũ superfluum esse debet Bald.l.Gallus.§.i. in iii. opposit. ff.de liber. & posth. Boer. in addit.ad Din. in proem.de reg.iur.6.nu.1.conc.l. fin.§.i.C. de ap
19 pell.l.fin.† C.de precib⁹ imp. offer. l.fi. C.de don. l.1.ff.de offic.præf.præt.§.in sũma inst. de donat.l. in summa.ff. de aqua plu. arc.l.i.ff. si cert.pet.ibi pauca.l.i.ff. de præscr. ver. ibi agam paucis.doct. com. l.properandum C.de iudiciis, hinc est quod dici solet. Gaudẽt breuitate moderni, gloss.l.i.ff

quod met. causa dixi ego in tract. de leg. & stat.
p.3.q.19.nu.7. Secundo Reg. debet esse vniuersa
20 lis, nam per traditionem illius † casus plures redu
cuntur ad vnum, quo deinde constituitur reg.
Tertio Reg. debet esse plumbea, nam ipsa defaci-
li flectitur propter exceptionem casus specialis
21 † Cagnol. Rubr. de reg. iur. nu. 18. sed qualiter con-
stituatur? Resp. quod concipitur reg. per verba, et
per signa vniuersalia, tam negatiue, quàm affir-
matiue c. estote c. defleat eod. tit. c. nullus eod. tit.
6. l. numquam. ff. eod. itē & indefinite ff. eod. l. ser-
uus, & nota quod idem importat dictio plerūq;
l. plerumq; ff. de reg. iur. Alber. in 2. p. stat. q. 148 l.
plerumq; ff. de iur. dot. l. i. §. i. ff. de tut. & rat. distr.
l. iii. ff. de offi. præf. vig. §. fin. inst. de leg. patr. tut.
22 Salyc. l. fi. C. de vsufr. † idem l. Iulianus C. de Sacr.
Sanct. Eccl. l. iurisg. §. pactorum vers. plerumq; ff.
de pactis. l. cum virum C. de sidere. Euer. in loco
exc. ad reg. nu. 13. quādo autem l. vtitur hac dictio
ne aliquando seu interdum denotat reg. esse in
23 contrarium gl. l. legitima. ff. de pactis † Bart. l. nec
ei. §. fin. ff. de adopt. l. admonendi. ff. de iur. iur. l. in
terdum. ff. de cond. ind. Euer. d. loco num. 14.
24 Quinto quæro † An Reg. faciat ius? de hoc dicas
vt dixi in tract. de leg. & stat. p. 2. q. 9. in terminis,
vbi etiam plures colliguntur effectus ipsius reg.
quos nota diligenter ad propositum istud.
25 Sexto igitur † quæro quibus in rebus reg. amit-
tat officium suum? Resp. quod ipsa non procedit
quando in aliquo vitiata est ex aliquo speciali ca
su, videlicet propter priuilegium alicuius quod
cum sit priuatorū lex per illud recedimus a reg.
26 iur. c. † priuilegium 3. distinct. secundo ratione pu
blicę vtilitatis, nam reg. est neminem locupletari

debere cum alterius iactura c.locupletari de reg. iur.6. nihilominus bono publico introducta est
27 vsucapio, qua acquiruntur dominia † rerum ne diu stent in incerto l.i.ff.de vsucap. Tertio ratione odii alicuius §. sic itaque vers. Plane inst.de act. Quarto ratione superioris auctoritatis l. Princeps.ff.de leg. Quinto ratione ętatis.l.i.& seq.ff. de minor. Sexto ratione Sexus l.i.& l.ii.ff.ad Vell. l.i.ff. de Postul. Septimo fauore religionis l.sunt personę.ff.de relig.& sumpt.funer. octauo & vlt. tollitur per instantiam c. sicut vrgeri 1.q.1.§.Pauonum inst.de rerum diuis.& hæc procedunt quando iam reg.constituta est, uideamus modo, qui-
28 bus in caussis non possit ipsa cōstitui? † Resp.quod reg.non datur in his quę raro accidunt.l. nam ad ea l.seq.ff. de leg. secundo in his, in quibus nimia mutabilitas negotiorum versatur vt in mora l. mora ff.de vsur. Tertio non potest dari his rebus, quæ præuideri non possunt l. si putator ff. ad l. Aquil. Quarto hoc idem in extraordinar. crim.l. penul.§.in Egipto ff. de extraor. crim. Præmissis his quę pertinent ad reg. uideamus modo de
29 indefinita orone,& primo † quæro q̄ dicatur oratio indefinita? Resp.quod est terminus cōis absq; aliquo alio signo, vt hō,& indefinita dicit̄.i. non distincta, sed generaliter dicta, q̄a p̄ ipsam nō magis de vno, quàm de alio intelligitur Cagnol.d.l.i. nu.5.post Bart. d. loco nu.2.ff.de reg.iur. Secundo quęro, An indefinita æquipolleat uniuersali? Re-
30 sp. reg.esse Com.quod sit † Host. in summam de regu. iur. nu.3 Bar.l.si pluribus num.3.ff.de leg.1. Bald. l.2. colum. 2. ff. de liber. & Posth idem in cōsil.171.vol.1.nu.6.Alex.cons.7. vol.i.col.2. Din. Rubr.de reg.iur.6.nu.5. Dec.l.i.nu.12.vbi Cagno.

nu.7.ff. eod. quę quidem quomodo, & quando procedat dicam ego infer. transeamus modo ad
31 exceptionem reg. Quæro vtrum exceptio † sit de reg. & breuiter concludendo dico quod sic, nã si Reg. loquatur de homine, & exceptio esse debet de homine Ias. cons: 63. lib. 3. Angel. cons. 290. col. 3. l. semper ff. de reg. iur. quę quidem exceptio fit ad derogãdũ regulę l. i. in ii. resp. ff. de reg. Cat. Doct.
32 c. quoniam vt lite † non contest. l. de his. ff. de legibus Alb. in. i. p. stat. q. 67. Aret §. sic itaque inst. de act. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. l. cũ tale §. fin. ff. de cõd, & dem. unde species de genere excepta non continetur sub genere l. sanctio legum. ff. de pœnis l. doli clausula, ff. de uerb. oblig. l. vxorem §. felicissimo † ff. de leg. 3, l. seruis, urbanis §. fin. ff. eod. l. alimenta, ff. de alim. leg. ampl. hoc ut quemadmodum reg. non habet locum in casibus nõ exceptis, non habebit etiam locum in similibus casi
34 bus † Alex. cons. 13. lib. 4. nu. 5. Dec. c. iurauit col. 2. de probat. idem cons. 555. gl. l. i. ff. de cond. indeb. Bald. c. post translationem §. quamquam de renũciat. Abb. c. cum dilecta de confirm. vti. uel inut. idem c. fin. colu. 3. de re iud. & in c. fi. vt lit. non cont. Boer. in add. ad Din. in Rub. de reg. iur. 6. nu. 13. ex quibus dictis nonnulla infero. & primo quod quando continetur repugnantia minus in
35 conueniens est, quod exceptio reddatur inepta. † quam reg. reddatur nulla l. quoties. ff. de reg. iu. Secundo not, quod sufficit exceptionem esse de regula secundum quid Ias. l. nummis. ff. de in litem
36 † iur. Tertio not, quod de natura exceptionis est ut procedat de corpore primęuę dispositionis, & probat contrarium quod est in pręcedenti. Cur. cons. 65. col. 3. Ripa. lib. 1. resp. c. 6. nu. 6. Bal. in tract.
de

37 de dote † p.1.col.40.Cagnol.l.i.nu.18.ff.de reg.iur. quarto not.quod quando exceptio facta est de eo quod in reg. continetur restringit illam l. Lucius §. heredibus.ff.ad trebel.l. generali §.uxori.ff. de vsuf.l.si chorus.§.i.l.si ita.ff. de leg.3.l. quintus.ff. de aur.& arg.leg.Dec.l.i.nu.30.ubi Cagnol.num. 34.ff.eod.per l.si cum fundum. ff.de uerb. sig.Oldrad. cons. 133. Euer. in loco de exc. ad reg.nu.10.
38 Bald.c.i.col.5.de capit.qui curiam † uend. Imol.l. filio col.20.ff.de iniusto rupto Roman.auct. similiter in 19.speciali piæ causę C. ad l.falc. Alex.l. senium col.2.C.qui test.fac.poss. Roman.cons. 107. quando autem qualitas exceptionis, non habet
39 conformitatem † cum reg.illam non restringit l. scire oportet.§.aliud ff. de exc.tutor.l. continuus.§. cum ita.ff.de uerborum obligat. Corne.cons.225. uol.3.l.Titię.ff.de leg.1.Euer.d.loco nu.11. Quinto Not.quod licet exceptio sit contra reg.in casibus exceptis,tamen in aliis non exceptis ipsa confir-
40 mat reg.l.nam quod.§.si.ff.de pęn.leg.† Alex.consil.64.col.1.lib.4.Dec.cōs.180.Alciat.lib.2.in fine ff.de verb.sign.Alex.cons.145.lib.7.nu.2.Cagnol. d.l.1. nu.31. Dec.d. loco nu.21. Bart.l. quęsitum.ff. de fund.instr.glo.& Bart.§.ut autem auth.de non alien.col.2.l. tribunus.§. fin. ff. de test.milit.c.non ne de pręsump.Angel.cons.239.Euer.in loco a ratione legis nu.53.conc.Signor.cons. 8.nu.2. Rom. cons.207.Abb.cons.20.libr.2. idem cons.72. eod. lib.Sexto not.quod exceptio declarat reg. Alex.
41 cons.36. uolu. 6.† & l. Senium C.qui test.fac.poss. Pont.cons.62.uol.2.Ias.§.ęque inst.de act.not.l.si. ff.quod quisque iuris l.si cum fundum.ff.de verb. sign.Imola l.filio col.20.ff. de iniusto rupto auth. ex causa.C.de liber.Pręter, septimo not. quod ex-

ceptio


ceptio vbi post plures casus ponitur, si non potest nisi ad unum referri illum tantum excipit gl.&
42 doct.c.1.de presér.6.octauo,not.† quod quicquid non excipitur sub iudicio reg.permanet.l.titię textores.ff.de leg.1.l.hęc oratio.ff.si ingenuus esse di catur,ex quibus not.infero Primo quod si consti tuo procuratorem generaliter ad omnia non veniunt ea,quę speciale mandatum requirunt c.qui ad agendum de proc. 6. sed si fiat cum exceptione casus requirentis speciale mandatum talis ex
43 ceptio ampliat mandatum,ut omnia † alia includantur, quę speciale mandatum requiruntur Dec. d.l.1.nu.25.Euer.d.loco de exc.ad reg.nu.3. Cagn. d.l.1.nu.36.Secundo infertur,quod si Princeps in rescripto excipiat unum casum, in quo noluerit
44 tertio † pręiudicare, ex tali exceptione declaratur,& ampliatur intentio Principis quod scilicet in alio uoluerit tertio pręiudicare Cagnol. d.l.1. nu.23. Tertio infertur quod stante statuto quod debeat solui gabella instrumenti facti de re æstimabili excepto instrumento procurationis & sic
45 regula statuti,† est de re ęstimabili,exceptio vero de re ingstimabili propter qualitatē exceptionis reg.statuti non extenditur ad instrumenta facta de rebus inæstimabilibus, quia talis exceptio nō est de regula, & per consequens nil operatur tali casu Cagnol.d.l.i.nu.34:Com.opin.dicit.Quarto,
46 & vlt.infertur, quod si legatum factum † fuerit de omni penu, quam quis habet excepto vino, quod erat Florentię,talis exceptio declarat legatum esse de penu, quę erat Pisis non alibi l.quæsi tum.§.i. ff. de leg.3. ubi doct. cum refert Euer. d. loco nu.10.& seq.& Cagnol.d.l.i.nu.30.ubi etiam Dec.ff.de reg.iur.gl.Din.Boer.Io:and,Philip.Frā
cus

cus in Rub.extra eod.tit. de reg.iur.6.

Summaria in.i. Reg.

1 *Generaliter dictum generaliter est intelligendum.*
2 *Omne qui dicit nihil excludit.*
3 *Regula generaliter dictum in quibus habeat locū.*

REGVLA. I.



ENERALITER dictū generaliter est intelligēdū.l.i.§. generaliter. ff.de legat. Præst. ibi exemplū est qd Prætor generaliter excipit parentes, & filios, nec gradū liberorum,parētumve enumerat,† quęritur an excipiat
1 omnes Resp.quod sic eosque comprehendit usq; in infinitum,quia generaliter dictum,generaliter est intelligendum conc.l.de precio.ff.de Publiciana l.qui §.partē.ff. de in ius uoc.l.ii.§. homines.ff. ui bon.rapt.Bald.cons.305. libr.1.& cons.191.eod. vol.Crauetta cons.3.nu.1. & seq.cons.92.num 4. cons.86.nu.8.cons.70.nu.27.cons.118. nu.14.cons. 133.nu.5.l.item apud §.generaliter.ff. de iniur.l.i.§. cum urbem.ff. de offi. Pręf.urb. l iurisg §. siue.ff. de pactis l.metum §.animaduertendum. ff. quod
2 met.causa.l.fi.† C.de dot. promiss. simile dicitur, qui omne dicit nihil excludit.l. Iulianus de leg.3. conc.etiam Abb.cons.109.nu.13. cons.26. num.4. cons.2.nu.2.Cephal.cons.36.nu.15.cons.150.num: 13.cons.231.nu.1. specu.in tit. de procurat.§.2. Rebuffus in sua praxi beneficiorum nu.51. informa

vicaria-

vicariatus,idē in tract.de test.gl.2.nu.7.Hypolit. de Marsil.in tract.de Malefic.§. aggredior nu.55.& est com.dictū,dixi late de hac reg.in tract.de leg. & stat.p.3.q.17.nu.1.& seq.vbi qualiter extendatur,atque restringatur generaliter dictum per interpretationem satis declaratur,ideo hoc in loco tantum ponam nonnullos casus. Qui ex ista regula excipiuntur,qui maxime ad praxim deseruire possunt,reliqua pro ista regula videri possūt in dicto tractatu superius relato in 3.p.q.17.

1 ABSVRDVM quādo aliquid resultat non † cōprehenditur in generali dispositione l. nā absurdū ff.de bon.libert.l.obseruare.§. fin. ff.de offic. procons.l.si quis ex argentariis .§.fi. ff.de ed. Euer.in loco ab absurdo nu.1.Bal.l.scire oportet.§.aliud.ff. de excus.tu.& est Com. dictum Ioan.Andr.c.cui licet de regu. iur.6.dict. auth. sed nouo iure.C. de Episcop.& Cleric.

2 Absolutio generalis facta a iudice nō cōprehēdit absolutionē oīum bonorū qñ ex diuersis factis resultarēt Doc.cō .l.fi.C.de nupt. ubi Cy.Iac.Bar. & Bald.quos refert Ias.l.de pupillo .§. si impluribus colum.2 num.6. ver. 2. ff.de nou. oper.nunc. ampl: etiam in absolutione facta per principem quæ nō comprehendit casum grauem,quem supplicans tacuit idem Ias. d.loco nu.7. Bald.l. proscriptione col.9.C.si contra ius,uel vtil.public.Oldrad.cons.33.Alex.cons.4.lib.5.doc.l.iii.C.de Episcopali audiētia Barb.c.sup litteris col.33.de rescr.

3 Absentię paternæ rōne filius † admittitur ad agendum qui alias minime admitteretur l. si longius.§.filiusfamilias,& ibi doct.Com.ff.de iudic. Soccin.in reg.284.fallent.27. Item ratione absentiæ iudicis poterit quis appellare,quamuis regulariter

lariter non posſit.l. ſecunda.§.biduum C. Quando appellandum ſit c. ex ſuſcepto vbi doct. Com. extra de foro compet. Bal. c. 1. de vaſal. Socci. d. loco fall. 41.

4 Abbas licet habeat generalem † adminiſtrationem, non tamen poteſt præiudicare monaſterio ſaltem in acquiſitis, & in arduis debet requirere conſenſum capituli Bald.l.fin.c.de bon.quę liber. gl.& Anch.c.2.de exc.Prælat.c.paſtoralis de don. Abb.c.edoceri col.2.de reſcr.Innoc.c.cauſam de iudiciis & eſt com.opin.not.c.iudic. 89.diſt.c.ſi qua 12.q.2.nec pōt repudiare hæredit. d.l. legatū ff.de leg.1.Ar. l.ſeru⁹. ff.đ vul.Bal.l.fi. C.đ bon.q̄ liber.

5 Accidentia non veniūt in generali † diſpoſitione,quia ipſa præuideri non poſſunt, vt ſunt omnes fortuiti caſus qui imputari non debent gl.1.c. ad aures de ætat.& qual.c.vnico commodati c.fi. de homicid.l.in rebus.ff. commodati.l.illicitas.ff. de offi.præſid.c.de occidendis 23.q.5. conc.cū hoc com.dicto.Bart.l.cæſar.nu.4.ff.de public.ne vect. l.2.§.ſi quis.ff.ſi quis caut.l fi.§.1.ff.ad l.Rod.de fac. l.quæ fortuitis. C. de pignor. act.l.2 .§.ſi quis.ff.ſi quis caut.l.cū duobus.§.damna.ff. pro ſocio Dec. cons.473.nu.2.Dec. & Cagnol. l. contractus.ff.de reg.iur.c.2.ꝗdepoſiti Cephal.cons. 20. nu. 12. Dec. cons.523.nu.3.Alex.l.ſed ſi.§.queſitum num.19.ff.ſi quis Caut.idem.l.titius nu.4.ff.de liber.& poſth. Iaſ.l.â diuo Pio.§.ſi poſt nu.7.ff.de re iud.

6 Adminiſtratorem liberat † liberatio generaliter facta a reddenda ratione eorum, quę ante liberationem adminiſtrauit,ſecus ab his,quæ poſt,ne illi qui eſt adminiſtraturus, detur occaſio delinquēdi Aret.§. actionū nu.24.inſt.de act.Alciat.in tract.pręſumpt. regul.1. præs. 6. Ruin. cons. 54. col

col.fi.lib.1.& est cõ.opi. Ceph.inter.cõs. 39.nu.21.
7 Affectio facit cessare generalem † dispositionẽ l.qui officii.ff. de contr.empt.l. si in emptione.ff. de minor.l.alimenta.ff.de alim.& cib. legat.not.l. spadonem.ff.de excus.tut. Socin. Regul.284. Fall. 35.& seq.
8 Alimentorum legatum generalis † Clausula nõ comprehendit Ias.l. talis scriptura num.13.ff. de leg.1.
9 Alienare Prohibitus generaliter † non prohibetur testari Alba.cons.109.nu.1.com.dicit Bald.l.eã lege nu.11.C.de cond.ob causam, similiter non cõprehendit alienationem necessariam,neque illam quæ fit causa dotis, & similium Cephal. cons.58. num. 17. nisi adesset dispositio geminata Ruin. cons.98.nu.11. uol.2. idem cons. 123.lib.2. Cephal. cons.59.nu.35.cons.13.nu.19.& 20.Fulg.cons. 215.l. 1.vbi doct.ff.de fund.dot.
10 Amicitia in causa est vt recedatur † a generali dispositione gl. l.semper in stipulationibus.ff. de reg. iur.l. sedet hæc.ff. de procurat. l. exigendi.ff. eod.tit.not.l.inter amicos.ff.de verb.sign. Soccin. Reg. 284.fall. 26.vnde amicus non est idoneus testis pro amico sed suspectus.Curt.in tract.de testibus concl.30.nu.65.Ripa & com.doct.l. admonendi col.18.ff.de iur.iur.gl.l. sciendum. ff. de vsuris, specul. in tit. de test. in princ. Nellus in tract.de test.nu.5.item amicus pro amico agere potest sine mandato, licet in aliis regulariter secus sit l. cum allegas. C. de Cast. pec. Bart.l. non solum.§. qui in alieno.ff.de procurat. Alex. l.sępe num.88 ff.de re iud.
11 Animæ periculum vbi versatur † receditur per hoc a regulis iur.Crauet.cons.282.n.5. iõ quitatio

generalis ad usuras non extenditur, Abb. consil. 314. col. 3. in 3. dubio lib. 2:

12 Arbitrio iudicis declarat† quādo aliquid generaliter prolatū est cum alias declarari nō pōt Ber. c. quoniam cōtra. nu. 28. de probat. Bald. l. i. in fin. ff. de iure delibe. Doct. com. c. cum sit de appellat.

13 Austeritas nimia reprobat† ideo facultas generalis alicui concessa verberandi intelligitur cum moderamine. l. i. ff. de his qui sunt sui. §. fi. inst. eod. vnde licet dominus possit verberare seruum, maritus vxorem, magister scholarē, Abbas monacū hæc intelligi debent cū moderamine iustitiæ, nisi in casibus a iure expressis ita Doct. com. sentiunt d. loco.

14 BANNVM generale † restringitur subsistente ratione Crau. cons. 3. nu. 1. & seq. in terminis.

15 Beneficium collatū in Rempublicam † ab aliquo si de eo non fuerit remuneratus eius ratione talis non punitur. l. non omnes. §. fin. vbi doct. ff. de re milit. Socin. reg. 284. Fall. 48. in termin.

16 Bellū generali cōcessione† īmunitatis nō venit immunitas ab oneribus belli quia immunitas nō extēditur ad accidentalia secūdū Com. opi. Alex: cons. 28. nu. 8. lib. 1. & cons. 107. col. pen. lib. 3. Felin. c. sedes nu. 12. de rescr. c. cū M. nu. 7. de const. Are. §. cum ante nu. 4. inst. de empt. & uendit. Rubeus Alex: cons. 153. nu. 2. Rip. l. ex toto nu. 16. ff. de leg. i. l. si unquam q. 3. nu. 9. C. de reuoc. don. & in tract. de peste. 2. p. nu. 74. Soc. l. 2. nu. 6. ff. de uulg. Alba. cons. 1. nu. 10. in terminis Cephal. cons. 58. nu. 7. in terminis hoc dictum declarat late.

17 CASVS fortuiti nō cōprehēdūtur sub generali dispositione, nisi de his fiat specialis mētio Bar. l. cęsar. nu. 4. ff. de publ. & vetig. doct. Com. l. quæ fortuitis.

fortuitis C. de pign: act. c. de occidendis 23. q. 5. Dec.cons.473.nu.7.cons.523.nu.3.Cephal.cõs. 20. nu.12.gl.1.c.ad aures de ætat. qualit. c.fi.de homi cid.l.illicitas.ff.de offic. præsid.ideo suscipiens in se omne periculum non ueniunt fortuiti casus.c: vnico commodati & ibi doct.

18 Causa cessante cessat generalis † dispositio Bar. l.titia.§.vsuras.ff.de leg.2.ita in terminis tradidit Soc.Reg.284.fall.29.nec mirum quia cessante cau sa cessat effectus l.adigere.§.quãuis.ff.de iure patr. c.cum cessante de appell.& est com.reg. de qua la te dixit Tyraq.in regu. cessante causa per totum, vbi plura vtilia cumulat.

19 Citatio fieri non potest alicui † in dignitate con stituto, nisi in scriptis qui alias regulariter verbo citari posset.l. quoties C.de dignit.lib.12. Soccin. d.reg.fall.4.

20 Clausula generalis non extẽditur † ad futura, quæ sunt contra ius commune Ias.l.talis scriptu ra nu.25.ff.de leg. 1.idem.l.sed & si quis.§.Iurium num.7.ff.si quis caution.

21 Concesio generalis facta per † Principem ali cui intelligitur sine præiudicio tertii & sug iuris dictionis, item si Princeps reuocat priuilegia cõ cessa ciuibus alicuius ciuitatis, non videtur in du bio reuocare priuilegia clausa in corpore statuto rum gl.auth.qua in prouincia C.vlt, de crim.ag. oport.l.hæres absens.ff. de iud.l.2.§.i.ff. eod.item non potest Princeps reuocare concesionem, quæ transiuit in contractum, licet regulariter alias pos set Bald.l.ambitiosa C.de decr.ab ord.fac.l. qui se patris C.vnde liberi.

22 Coniunctio sanguinis facit † recedere a reg.iur. nam reg.iur. est quod frater cõtra fratrem depo-

nere non posſit cogi, hoc tamen fallit, quando contra aliũ fratrem deponeret l. Iuliam. ff. de teſtibus. l. non ſolũ. §. de vno. ff. de rit. nupt. quia par. affectio tollit omnem ſuſpicionẽ Bart. l. qui teſtamẽt. §. per contrarium. ff. de teſtam. Crot. in tract. de teſt. num. 119.

23 Cogita Generaliter dictum † non extẽditur ad incogitata Roman. conſil. 294. l. cum Aquiliana. ff. de tranſact. Socci. l. 1. nu. 16. ff. de leg. 1.

24 Confirmatio Generalis non † trahitur ad actũ nullum & inualidum Abb. cons. 4. nu. 22. Abb. & Dec. c. 1. de confirm. vtili, vel inutili Ias. l. doli clauſula. nu. 2. ff. de verb. obli. l. legata inutiliter nu. 11. de leg. 1. l. more. ff. de iurisd. omn. iud.

25 DIGNITAS perſonę facit nos † recedere a regulis Iuris l. ſi cõditio. §. ſi arbiter. ff. de arb. l. 2. C. de sẽt. & bre. reci. l. ſed & reprobari. §. amplius. ff. de Exc. tit. not. l. ad beſtias. ff. de Pœnis l. ad egregias. ff. de iur. iur. Dec. c. Eccleſia sãctæ Mariæ nu. 15. de Cõſt.

26 Doctoratus generaliter ei † conferri debet qui ſufficiens eſt, fallit tamen, niſi eſſet quis præſtantis ingenij Innoc. c. cum iuſsionis de Elect. gl. l. 1. C. quibus, & aduerſus quod item quãdo notorie doctus apparet ſine examine promoueri poteſt quia in notarijs non eſt opus coniecturis l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.

27 Dos non comprehenditur † ſub generali diſpoſitione Bart. l. Lucius. §. maritus. ff. ad trebell. Crotus Alexan. Ias. Soccin. Iun. l. filiusfamilias. §. diui num. 149. ff. de leg. 1. doct. com. l. 1. ff. ſol. Matr. Ias. l. quod dicitur num 5. ff. de verb. oblig.

28 Dominium rerum omnium legatarum † tranſit in legatarium particularem regulariter a die mortis teſtatoris l. a Titio de furti l. unica. §. in nouiſsimo.

nouissimo.ff.de Caducis tollendis. l. si seruus. ff. de noxal. Bart. l.1.vbi Ias. num.58. Alciat. num. 10. Pontan. num. 71. & com. omnes de legatis. 1. Gratus cons.65. num. 20.vol.2. Bertrandus cons. 8. num. 2. volumine. 1. Mantua cons. 8. num. 16. Ruin. cons. 153. num. 4: uol. 2. consilio 55. num. 3. volumine. 2, Benedictus c. Raynutius num. 153. de testamen. fallit in legatis tacitis, quæ veniunt in consequentiam doct. vbi supra, vbi Ripa. num. 33. & Alex. num. 17.

29 Donatio generaliter facta † omnium bonorum non valet, quia tollit liberam facultatem testandi Euer. in loco a ui Iuram num. 27. per l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de pact. vbi doct. com. si tamen donator iurauerit valebit donatio eo modo, quo potest Areti.cons. 54. Tobia institut. de obligat. num. 45. in princ. Didac. in Rubric. de testament. num. 4. & num. 6. dicit talem donationem Ecclesiæ factam valere Boer. decis. 355. num. 2. & in terminis idem Decis. 353. num. 3. & sequent. per totum, Ripa Rubri. ff. sol. matr. num. 17. idem. l. si vnquam num. 114. C. de reuoc. don. idem consil. 3. num. 1. in tit. de donatio. & grat. Perficiẽdis, Alba consil. 4. num. 3. Crauet. consil. 139. num. 8. Cephalus consil. 44. num. 24. Ias. consi. 211. consil. 233. column. 5. libr. 2. consil. 5. consil. 17. libr. 3. Benedictus c. Raynutius num. 197. de testament. Cephal. consili. 44. numer. 8. dicit hanc valere quando facta fuisset mortis causa, idem consil. 288. numer. 28. Soccin. consil. 65 numer. 47. & consil. 143. numer. 20. libr. 1. item valebit etiam reseruatis sibi iuribus, & actionibus Cephal. consil. 288. numer. 41.

30 EMPHYTEVSIS Ecclesiastica † sumpta per aliquem pro se & omnibus suis filiis non veniũt filii naturales etiam legitimati Bald.l. generaliter §.cum autem.C.de inst.& subst.c.quæ in Ecclesia rum de const.col.pen.Abb.& Felin.c.in pręsentia col.11.de probat.Ripa in rubr. de iudic. colum.18. Ias.d.l.generaliter.§.cum ita com.dicit.

31 AEquitas generalem dispositionem † restringit c.fin.de transf.c.disciplina 25. distin.l.placuit C. de iudic.Bald.l.2.nu.1.C.de resc.vend.Felin. c.cum il lorum de sent.exc.Ias.d.l. placuit Dec.l. in omnibus la.2.ff.de reg.iur.Bald.l.abolēdæ C.de Episc. & Cleric. Soccin. de regu. 284: fallentia 17. & est com.opinio.

32 AEtas in causa est † vt restringatur generaliter dictũ, vnde testi antiquiori magis creditur l. ob causam.ff. de testibus cum gl. in §.fin. item senior Canonicus potest conuocare capitulum, quando prælatus abesset Innoc c.1.de maior & obed.not. simile tot.tit.de minor.l.2.§.item.ff.de reg.iur.

33 Exceptio derogat regulę generali † doct.c. quoniam ut lite non conte. Aretit.§.sic itaque inst. de act.l.legata inutiliter.ff. de adim.leg.l.cum tale.§. fin.ff.de cond.& dem.Alex. cons.13. num.5.lib.4. Dec. c. iurauit de probat. Abb.c.cum delecta de confirm. vtili, vel inutili, Boer.in addit. ad Din.in rubr.de reg.iur.6.num.13.l.generali.§. vxori. ff.de vsufr.Euer.in loco de except.ad reg. num.10.

34 Excessiua non comprehendit † generalis dispositio Bald.cons.372.uol.3.Crauetta cons.3.num.19.

35 Extraordinaria non comprehendit † dispositio generalis l.Seio.§.medico.ff.de Annuis lega.l.Sempronio.ff.de vsufr.leg.l. qui saltum.ff. de leg.3.l.si fundus.ff.eod.l.id vestimentum. ff.de pecul.l. seię

§. prędia

§.prędia.ff.defund.,instr.l.auibus. ff.de leg.3.

36 FAMA est in causa vt recedatur † a regulis iuris,exemplum regula generalis est quod quilibet examinari debet antequam doctoretur.hoc fallit quando quis esset bonæ famæ, vt si esset publice visus legere, vel differere, talis enim absque examine doctorari potest, Iohan.andr.c. constituti il 2.de appellat.Soccin.in Reg.284.fall.30. Felin.c.at si Clerici col.2.de iudic.

37 Fauorabilia impugnanti,† non comprehenditur impugnatione generali Salice.l. cum precum C.de liberal.causa Alex.l.etiam §.licet.ff.sol.matr. Crau.cons.33.nu.5.& est com.

38 Feudalia iura non † comprehendit dispositio generalis,Cephal.cons.29.nu.10.Dec.cons.139 Signorolus cons.220. Aflictus Decis. 14. nu.9. Tyraq.in tract.de retr.§.1.gl.3.nu.2.Paris.cons.12.nu. 45.lib.1.doct.com. c. quamuis in tit. de inuest. de re aliena facta, vnde qui alienat generaliter omnia bona sua non ueniunt in tali alienat. feudalia c.in generali, vbi doct. omnes, si de feud.fuerit. Contr.Paris. cons.20.nu.47.lib.1.Brunus cōs.155. nu.3. Guid. Pap.Decis.215. Afflictus Deci.14. nu. 9.& in d.c.generali nu.17 Din.l.cum filius §. hæres.ff.de leg.2.Dec.cons.389. nu.5. Socin. cons.72. nu.48.lib.1.Alex.cons.16.vol.2. in fine,& in cons. 2.col.1.lib.4.Negusant.in tract.de pignor.2.mēbr. 2.part.num.43.Tyraq.d.tract.de retract.§.1.glo.3. num.5.ratio est quia feudorum natura ab aliis separata est,ideo sub generali bonorum dispositione non veniunt Socci.d.cons. 72.nu.51. nisi de his expresse caueatur.

39 Fidei commissa futura non veniunt † in generali acceptatione ipsorū Crau.cons.33.nu.4. cons.

45.nu.7 per.l. si Peculiũ.§. sicut.ff. de Pecul.leg.l.si procurato.ff. de cond.indebit.glo. & doct.l. fin.§. in computatione. ff. de Iure deliberat. Crauet.d. consil.33.num.5.

40 Fortuitorum casuum generalis † renunciatio facta non valet, nisi casus in specie notentur & præsertim in iudicijs. Abb. consi.114.nu.5. Ias.l.sed & si.§.quæsitum nu.5.ff.si quis Cautio. item nec in alijs dispositionibus renunciatio generalis comprehendit casus insolitos dixi supra vern. Accidens late.

100 Venditore liberato, & † emptor liberatus dicetur leg. cum emptor. ff. de resc. vend. Secundo quemadmodum emptor remedium habet leg. secunda C. de rescind. vendit. ita etiam venditor. Bald. d. l. 2. quæst. 16. Doct. com. rubr. ff. de actio. empti, & rubr. C. de reb. cred. leg. labeo. §. contractum ff. de verborum oblig. Tertio statutum puniens emptorem locum habet in venditore, Bartho. leg. fin. ff. de acceptil. Pau. leg. cum lex. C. de fideiussor. Bal. leg. prima C. de com. seru manum. leg. 3. C. quę res pigno. oblig. poss. Abb. capitulo quia de iur. patr. com. dicit. l. si cum dies §. pen. ff. de arb. l. veteres. ff. de act. empt. l. cum emptor. ff. de rescind. vend. Euer in loco a correl. nu. 10.

101 Verba in stipulatione requiruntur, tam ex parte stipulatoris, quam ex parte promissoris. l. 1. ff. de uerborum. obl. l. 5. §. stipulatio. ff. de verborum obligat.

102 Vsufructuarius tenetur satisdare † proprietario de vtendo, & fruendo arbitrio boni uiri, sic proprietarius tenetur præstare ei vsumfructum. Bal. l. 4. C. de vsufr. Bapt. in tract. de correl. nu. 47.

103 Vxor relationem habet ad maritum, vnde lex corrigens in uxorem, & in maritum etiam locum habebit Doct. com. l. fin. C. de ind. uid. toll. auth. quas actiones C. de sacr. sanct. eccle. vnde quemadmodum matrimonium liberum esse debet ex parte viri, ita etiam ex parte mulieris Euer. d. loco. nume. 7. per hanc reg. de qua per Alexand. l. generaliter. §. cum autem num. 4. C. de inst. & subst. Alexand. consi. 131. num. 2. volum. 5. Ruin. consil. 33. nume. 11. volum. 1. consil. 174. nume. 9. volum. 1. Soccin. consi. 56. numero 3. volum. 1. Natta consi. 201. nume. 4. volum. 1. Cephal. consi. 109. num. 17.

DD Duen.

Duen. tract. fall. reg. 158. Iaſ. auth. ſacramenta puber. C. ſi aduer. vend. Bal. l. 1. C. de cõ. ſeru. manũ. Marſil. l. ſi quis uiduam colu. 5. ff. de queſt. Augu. ber. conſil. 140. numero 17. vol. 1. cap. ad noſtrã numero. 5. de empt. & vend. Paris. conſil. 82. nume. 33. vol. 3. conſi. 2. nu. 16. eo. vol. Abb. in proem. decretal. nu. 20.

Hæc pauca ſufficiant pro ampl. huius regu. quæ pluribus modis limitatur, & primo.

1 ABSOLVERE † poteſt iudex abſentem, condẽnare autem non poteſt Cagnol. l. fauorabiliores numero 2. ff. de reg. iur. dixi ſuper reg. in princi.
10 & fauorabilior eſſe debet ad abſoluendum, quam ad condemnandum l. abſentem ff. de pœnis.

2 Accidentalia quæ ſunt in vno de correla. non dicuntur eſſe in alio, vnde non ſequitur, pater eſt malus, ergo & filius dicetur malus not. §. minorem inſtitut. de adopt. leg. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſtat.

3 Adęquatum vnum de correlatiuis ad alterum recipit eius priuilegia, ſecus e contra niſi ad inuicem adæquentur Doct. com. l. 1. ff. de leg. 1. Barth. l. ſi cohęredem ff. ad l. Fal. l. ſi cum uenerit §. ſi nuda. ff. de pign. act. Bald. l. ſiue poſsidetis col. 2. C. de probat.

4 Affinitas contrahitur ex comiſtione ſanguinis mulieris, & viri, non ex miſsione ſeminis vnius tantum capitulo fratres 25. quæſtio. 10. Innoc. cap. fraternitatis, de eo qui cognoſc. conſang. vxor. fratr. tui.

5 Agere non poſſunt † filii contra parentes, neque excipiunt de dolo l. apud celſum §. aduerſus. ff. de doli mali exc. idem eſt in libertis contra patronos, ſecus autem eſt e contra leg. tertia C. de arbi-

arbitris.

6 Alienare non poteſt pater rem ipſius † filii, licet ipſam in iudicio deducere poſsit dato, quod hæc duo correlatiua dicantur. Bald. l. 1. C. de bon. matern. Bapt. in tract. de correlat nu. 173.

7 Appellans licet poſsit, † & debeat terminum iuris præuenire, ſecus autem eſt in appellato, qui ſolum auditur circa finem termini iuris c. præſens c. ſæpe c. oblatę de app. c. appellatore. 2. q. 6. l. eos §. ne temere. C. de appellat.

8 BONVM, † vel malum ſi dicatur unum ex correlatiuis, non per hoc ſequitur quod ita ſit alterum, quia accidentalia, quæ ſunt in uno ex correlatiuis non ſequitur, quod dicantur eſſe in altero not. l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. dixi ſuper limi. 1.

9 CARCERATVS contrahens in † carcere, quo ad ſui liberationem tenet contractus, ſed non in fauorē eius, cuius gratia fuit carceratus, doct. com. l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſa. Bald. in rubr. C. de reſc. vend.

10 Cauſa ſi modica ſit reſpectu vnius litigatoris, licet dicatur magna reſpectu alterius, tamen defertur iuramentum neceſſarium ſemiplene probanti ex cuius perſona cauſa modica eſt, & tamen non defertur alteri, ex cuius perſona cauſa magna eſt. Doct. com. leg. admonendi ff. de iuriurand. leg. fina. eodem titulo. leg. in bonæ. C. eodem.

11 Ciuis factus pater non † per hoc & filius dicetur ciuis, niſi expreſse dicatur, Bald. leg. prima C. de patr. qui fil. diſtr. ſecus in his eſt, quæ procedunt de genere, vel antiquorum conſuet.

12 Clauſula rato † manente pacto adiecta in contractu pœnali ſuper pœna adiecta vni ex cor-

relatiuis non seruanti contractum non extenditur ad non seruantem Doct. leg. cum pater.§.libertis ff. de leg.2.

13 Clericum punire non potest iudex laycus coram se delinquentem, in actu explicando coram se, Feder.con.93.secus est in iudice ecclesiastico, qui punire potest delinquentem coram se Doct. com. l. nullum.C.de testib.

14 Confesio cedentis † non nocet cessionario, & sic alteri correlatiuo Bart.l.facta.§.si hæres ff. ad Trebel.l.pen. C. res inter alios acta, item confesio filii non nocet patri volenti probare contrarium. Bald.l.1.C.de confess.

15 Contrariorũ ratione in actu fallit reg. hęc, nam iudex qui potest condemnare poterit etiam absoluere in potentia, secus autem est in actu, nõ enim iudex potest eundum pro eodem delicto absol. & cond. l.3.ff.de re iud.l.illicitas.§.veritas ff.de offic. præsid. capitulo cum ęterni de sent. & re iud.6.l. rem non nouam.C.de iudi.c. nouit.eo.tit.l.iudex ff.de re iudi.c.cum cessante de appell.not.l.ubi repugnantia.ff.de reg.iur.

16 Corrumpens iudicem †vel aduersarium alia pœna punitur, quam corruptus auth.nouo iure C.de pæna.iud.qui male.iud.

17 Creditor alicuius ex aliqua causa, non per hoc dicitur debitor ex alia l. si maritus. C. de don.inter. vir.& vxor.Doc.c.debitum de Bapt.gl.rub.C.de reb.cred.& iur.iur.

18 DEBITOR licet teneatur soluere vsuras † ad hoc, vt iuramentum seruet, creditor tamen eas recte non recipit. Doct. com. capitulo debitores de iur.i ur.

19 Destructo vno de correlatiuis re non integra nõ destruitur

destruitur alterum gl.& com.Doc.l. si conuenit. ff.de pactis not.l. fin. ff. de acceptil. Bald. auth. si quas ruinas auth.quas actiones. C. de sacr.sanct. Eccle.Cin.l.si certis annis C.de pactis.Bart.l.fi.ff. quorum bonor.

20 Dispensatũ licet sit cũ filio spurio vt possit succedere parentibus suis,tamen vigore dispensationis non poterunt parentes succedere filio spurio, quia non est eadem ratio dispensandi, cum illorum parentes deliquerit non autem ipsi. Benedictus consi.1.not. capitulo nasci 56. distinct. Doct. com.l.curatorem.C.de interd.matr.Saly.l. fin.C. de ind.uid.tol.ubi Ias.num.30.Euer in loco a correl.num.8.

21 Dispositum in vno † de correlat. non dicitur dispositum in alio quando est dispositio inducta specialiter in odium alicuius personæ c. in pœnis c.odia vbi doct.de reg.iur. 6. l. quicquid adstringendæ ff.de verbo.ob.l. cum quidam ff. de liber. & posthu.

22 Dominus contra familiarem,& † domesticum testis produci potest,licet e contra ipsi contra dominum non admittantur ratione dubii subornationis Saly.l.etiam.C.de test.Euer in loco a correlat. numero. 8. item dominus occidens aliquem proditorem non priuatur proprietate feudi licet vasallus hoc agens priuetur feudo Euer. dict. loco numero 12.

23 Dotare non cogitur filia matrem suam, licet e cõtra mater filiam cogatur dotare Bald. leg.3. C.de præscri.longi tempor.not.leg. cognouimus.C.de hæretic.leg.1.vbi doct.C.de iur.dotium.

24 EMERE, & vendere licet † correlatiua sint, non tamen sequitur, quicunque potest emere, possit

etiam vendere & e contra not. l. labeo.§. contractum ff. de verb. sign.inst.de auct.tutor. in prin. auth.hoc ius C.de sacr.sanct.eccl.
25 Emphyteuta alienare non potest,† inuito domino l.fin.C.de iur. emphyteut. dominus tamen eo inuito directum dominiũ alienare poterit auth. si vero.C.de hæret.Specul.§. nunc vero. numero 93.titu. locati.
26 Ætas alia requiritur in masculis alia in fæmina in matrimonio contrahendo,no.c.Iuuenis de spõsal.inst.de nupt.in princ.l.qua ętate ff. de testam. Bapt.in loco a correl.nu.198.
27 Exhæredari non possunt†parentes a filiis ex illis hisdem causis quibus filii a parentibus exhæredantur.doct.com.§.aliud quoque auth.vt cum de appella.Cogn.no.c.Quintauallis de iur.iur.auth. non licet. C. de liberis præt. item filia peccans in corpus suum, vel contrahens sine consensu patris potest exhæredari,secus est in filio Bapt.in tract. de correl.nu.170.
28 FACTVM:hæc reg.locum non habet in his, quæ facti sunt,secus autem in his,quę iuris sunt Bart.l. si maritus.§.lege Iulia.ff.ad l.Iul.de adul.Bal.l.siue possidetis col.2.C.de proba.
29 Famis necessitate†urgente pater filium vendere potest,mater autem minime doct.l. 2. C. de patr. qui fil.distrax.cum similibus.
30 Fideiubere non † potest vxor pro marito secus e contra est leg.prima.C.ne uxor pro marito Bald. leg.penultim.C.eodem.le.1.vbi Doct. com.C.ne fideiuss. dot. dentur. Doct. com. leg. cum dotis ff.de iur.dot.
31 Filii contra parentes† non agunt, licet secus sit e contra l.apud celsum.§.aduersus ff. de doli mali

exc.not.l.3.C.de arbitris.

32 Fratres duo contraxerunt matrimonium † cum duabus sororibus; si sententia lata fuerit contra vnum super inualiditate matrimonii, talis sententia non nocebit alteri, Specul. in titu.de senten.§. nunc de effectu versicu. sed pone Bapti. in tracta. de correlat. numero 123. dixi super regul. latius suo loco.

33 Fructus fundi non lucratur † vxor sibi dati ex causa donationis propter nuptias per maritum, licet secus sit in fructibus, quos maritus percepit ex fundo dotali gl.§.est & aliud inst. de donat. not.l.fin.C.de donat.ante nupt. Bapt. in tract.de correl.q.5.nu.151.

34 GABELLA solui debet ab eo, cuius † gratia cōtractus fuit celebratus. Doct. rubr. C. de reb.cred.si gratia utriusque tūc vterque soluere debet l. dēt ff.de edil.edicto.l.4.§.1.ff.fin.regul. Bapt. tract. de correl.nu.133.Item stante statuto, quod contractus non valeat, nisi pro eo gabella soluatur si ab una parte solutio gabellæ fuerit facta, ab altera autē non valebit in fauorem eius, qui soluit Saly l. nō dubium in 13.opposit.C.de legib.Bapt. d. tractatu dē correl.nu.159.

35 HAEREDES plures institui † possunt ut filii familias, qui alios hæredes instituere non possunt, instit.quibus non est perm. fac. test.in princip.§.testamenti institu.de hæredi. qual.& differ. item hęres constitutus infra tempora conficiendi inuentarium, licet non possit inquietari a creditoribus hæreditariis, tamen e contra hæres bene potest inquietare debitores hæreditarios, & ab eis exigere.l.fin.§. donec.C.de iur. deliber.not. l.cum Papinianus.C. de sent. & interl.omnium.

iudic.l.2.§.sed si ff.de iudic. Bapt. in tract.de correlat.q.5.nu.131.

36 INDVLGENTIA per † principem cōcessa uni ex correlatiuis non extenditur ad alterum l.generalis. C. de sent. pass. quia quemadmodum delictum unius alteri non nocet ita etiam merita unius non prosunt l.non debet ff. de re iur. conc.c. priuilegium de reg. iur.6. Doct. com.l.sæpe ff.de re iud.

37 Institui quidem plures hæredes possunt, ut sunt filii familias, qui testandi facultatem non habent not.§.testamenti inst. de hæred.qual.& diff.

38 Intentio † disponentis cōtraria facit, ut dipositum in uno correlatiuorum non extenditur ad alterū Doc.l.non dubium C.de legib. capitulo intelligētia de verb.sign. vnde stante statuto, quod nullus ciuis posit fideiubere pro forensi, forensis tamen poterit fideiubere pro ciue l.si præses. C. de seru. & aqua.

39 Iniuria remissa per filium familias † nocet sibi, nō autem patri, licet secus sit e contra, nisi pater sit uilis persona glo.& doct.leg.personam ff.de pact.

40 Iudeus contra † Christianum in iudicio non potest uti teste iudeo, sed tantum Christiano, licet secus e contra sit l.quoniam.C.de hęret.gloss.clem. 1.versic.iuri de testibus doct. capit. iudeus extra eodem item iudeo, vel infideli, & hæretico semiplene probanti contra Christianum Catholicum non defertur iur. necessarium in supplementum semiplenæ probationis licet secus sit e contra Bal. l.qui accusare.C.de edendo.

41 Iudex laicus non potest punire clericum licet iudex clericus quandoque laycum puniat. Doct.l. nullum.C.de testib. item non potest eundem pro

eodem casu absoluere, & condemnare. l. 3. ff. de re iudic. l. illicitas. §. ueritas ff. de offi. præsid. c. nouit. de iudic. l. iudex postquã. ff. de re iudic. not. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

42 Iuramentum † necessarium semiplene probanti defertur in causa eius, cuius respectu modica est, non tamen defertur ei ex cuius persona litigante magna eadem causa est doc. com. l. admonendi ff. de iur. iur. l. in bonę fidei. C. de reb. cre. c. fi. de iur. iur. item iurans obligatur ei, cui iuratur, & successori eius. capit. veritatis de iur. iur. tamen successor iurantis non obligatur ad periurium ex iuramento prędecessoris etiam si iurans iurauerit per se, & successores suos Abb. capitu. ueritatis de iure iurando.

43 LAYCVS contrahens cum clerico, † licet possit conueniri coram seculari iudice, non tamen clericus ibi conuenitur auth. statuimus. C. de episc. & cleric. c. si diligente de foro compet. l. fin. C. ubi in rem actio.

44 Litigandi iustam causam, † prætendere potest reus, secus est in actore l. qui in alterius ubi Doct. ff. de reg. iur.

45 Locatorem nõ comprehendit statutum loquẽs de cõductore quando principaliter dispositio statuti, siue fauorabilis, siue odiosa respicit conductorem, not. Doct. l. item. §. non impleto. l. qui ad certum ff. locati.

46 Lucrum fructus fundi non pertinet ad uxorem, si fundus traditus sit ex causa donationis propter nuptias per maritum, licet secus sit in fructibus, quos percepit maritus ex fundo dotali. gl. §. est & aliud insti. de don. licet dos, & donatio pp nupt. correlatiua dicantur. l. fin. C. de dona. ante nupt.

47 MAN-

47 MANDATVM† directum Episcopo eo mortuo non dirigitur capitulo, sed non e cõtra Compost. c. eam te de rescr. Bap. in tract. de correl. nu. 222.

48 Maritus potest accusare vxorem suam de adult. sed non uxor maritum l. Iul. ff. de adulter.

49 Mater quandoque cogitur dotare filiam not. l. 3. C. de prę scr. longi. temp. l. cognouimus. C. de hęreticis: filia autem nunquam matrem dotare compellitur l. neque. C. de iur. dot. item non potest uẽdere filium, licet pater possit. leg. 2. C. de patr. qui fil. distrax. vbi doc.

50 Mens contrahentis declarat quando dispositio in uno de correlatiuis extendatur ad alterum gl. rubr. C. de reb. cred. vbi Doct. Bapt. in tractat. de correl. nu. 148. & seq.

51 Minor sententia lata contra † minorem indefensum non valet, licet ualeat pro minore indefenso not. leg. non eo. C. de procurat. gloss. rubr. C. de reb. cred.

52 Monachus si efficiatur pater, transit in potestatẽ monasterii, filii tamen remanent sui iuris Bart. l. sic euenerit ff. ad l. Iul. de adult.

53 Mora: licet principalis debitor purgando moram excludatur ex aliquo casu, tamen fideiussor eius non propterea tollitur a purgatione morę l. sancimus. C. de fideiussor. l. fideiussor. ff. de except. doli ubi Doct.

54 NATVRA rei facit cognoscere quando dispositum in uno de correlatiuis cẽseatur in alio, doc. inst. de auct. tutorum in princ. post gl.

55 Nomen diuersum correlatiuorum est. l. ueteres, & l. sequẽ. ff. de act. emp. l. si idem. C. de codicillis.

56 Nurus socero obedientiam præstare debet, ac debitum honorem secus e contra, not. l. fin. ff. de accepti.

sept.l.pen.C.de ind.uid. tollenda Bapt.in tracta. correlat.colum.11.dicam.in seq.limit.

57 OBEDIRE parentibus liberi debent, † sed non e contra doc.l.ueluti.ff.de iust.& iure.c.2. de maio. & obed.gl.rub. C.de reb. cred.

58 Obligatio tantum oritur ex parte promittentis in pollicitatione, & stipulatione.l.1. ff. de polli.l.5. §.stipulatio ubi Iaso. numero. 6. ff. de uerborum oblig.doc.com.rub.ff. eodem ubi Alba. num. 86. dixi ego in meo tracta.de defin.p. 2.defin.46.nu. 15.& defi.45.nu.17.

59 PASSIO non concurrit cum actione circa idem in eodem subiecto gloss. capit. debitum de Bapt. cap.fi.de inst.l.pe.ff.de arbit.not.l.vbi repugnantia ff.de reg.iur.

60 Pater cum aliquod consequitur priuilegium, nō per hoc etiam filio conceditur, nisi contrarium expressei caueatur Bald.leg.prima.C.de patr.qui fil. distrax.

61 Personæ cum aliquid conceditur non extenditur ad eius correlatiuum, not.capitulo priuilegiū de reg.iur. 6. item statutum disponens venditorem debere gabellam soluere non comprehendit eius correlatiuum, videlicet emptorem quia dispositio statuti ad personam venditoris dirigitur l.ueteres ff.de act.empti.

62 Pœna imposita vni ex correlatiuis in specie ad alterum non extenditur §.item mixta instituto. de actio. Baldus capitulo porro il secondo tit. quę fuit prima causa bon. amitt. & hoc in dispositione legis ampl. etiam procedere in dispositione hominis Bald. capitulo primo qualiter dom. propriet.priuetur.

63 Pontifex uacāte imperio supplet pro Imperat.c. licet

licet de foro comp. tamen secus est e contra c. qualiter de iudic. capit. de sponsa de concubinatu. no. cap. solitæ de maior. & obed.

64 Præcisa verba legis directa uni ex correlatiuis non extenduntur ad alterum. Mates. l. omnes populi ff. de iust. & iure Bald. l. cum uirum C. de fideic. l. 2. C. de exc. rei iud.

65 Præscribens multa requirit, quæ non exiguntur ex persona eius, contra quem præscribitur. Bapt. tractat. de correlat. numero. 192. vbi rationem assignat.

66 Priuilegium concessum alicui, non extenditur ad suum correlatiuum, nisi expresse caueatur de ipso Bald. l. omnia C. de episcopis & cleri. & si pariter expresse concedatur, si fuerit sublatum ab uno, alter non priuabitur illo. doct. l. 1. vbi Alexand. & alii ff. de leg. 1.

67 Probanti semiplene infideli contra Christianum non defertur iuramentum necessarium in supplementum, licet fideli deferatur. Bald. l. qui accusare C. de eden. Roma. leg. admonendi columna. 16. ff. de iur. iur.

68 Procuratores multi constituere possunt, qui quidem constituti minime possunt, ut in fæmina. l. fœminis ff. de procurat. l. alienam. C. eod. Dec. l. 2. ff. de reg. iur. item licet procurator possit stipulari domino suo, ut domino quæratur, non tamen dominus procuratori, vt acquiratur ei l. stipulatio ista §. alteri l. si procuratori ff. de verb. obli. §. si quis alii inst. de inuti. stipu.

69 Professio patris facta filio ex tali muliere, quæ poterat esse uxor, per quem patet in publico instrumento vel in scriptura propria habente subscriptionem trium testium fide dignorum, vel in

testa-

testamento suo, vel in actis publicis dixerit, & appellauerit illum esse filium suũ, non addito quod esset naturalis, talis professio ei proderit, secus si filius pro se professus fuerit aliquem esse suum patrem, cum matrimonium legitime contractum non constet, auth. item si C. de natural. liber. no. l. 2. C. res inter alios act. Bap. d. tractat. de correlat. colum. 20.

70 QVALITAS, quæ exprimitur in † persona alicuius correlatiui cessat in persona alterius Bald. l. fin. C. de ind. uid. toll.

71 RATIO diuersa quando † militat in vno de correlatiuis, quæ in alio; facit regulam non procedere. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerb. oblig. l. si maritus, C. de don. inter uirum & vxorem. l. si conuenit. ff. de pactis.

72 Rei plures debendi, vnus eorum potest obligari pure, uel in diem uel sub conditione, alter vero pure l. ex duobus ff. de duobus reis, licet secus sit in quantitate, vel re not. l. reos. ff. de duobus reis. l. Labeo. §. contractum. ff. de uerb. sig.

73 Remissio facta ex uno correlatiuorum non extẽditur ad alterum not. Doc. com. l. si vno ff. locati. l. si conuenit ff. de pact. conc. simil. l. 1. ff. de resc. vend. Saly. l. fin. C. de peric. & com. rei ven.

74 Renuncians vnus ex correlatiuis remedio leg. 2. C. de rescind. vendi. alter correlatiuus renunciare non dicitur, Bal. c. 1. tit. qualiter Domin. propr. priuetur.

75 Reo permittitur quicquid actori conceditur, sed non e contra gl. auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex. item in pari causa reo fauẽdum est potius, quam actorum. capitulo cum sint de reg. iur. 6. leg. fauorabiliores ff. eodem titul. not.

l. 2. ff.

leg. secunda ff. de probatio. leg. qui accusare. C. de edendo.

76 Repudium non potest petere maritus sciens impotentiam suam licet mulier possit glossa Salyc. & Doct. leg. in causis, & auth. sed hodie. C. de repudi.

77 Reus inuito actore non potest renunciare liti, vel instantiæ, licet actor hoc idem agere possit, Bal. l. postquam. C. de pact. item reus indistincte petere potest ad eius libitum, ut sibi de iure respondeatur in iudicio. leg. qui prior ff. de iud. leg. 1. C. ut nemo inuit. non tamen petere potest, ut actor agat contra ipsum nisi in casu. leg. diffamari. C. de ingen. man. Bartho. l. Titia ff. de accusa. item licet reus possit habere iustam causam litigandi, secus autem est in actore leg. qui in alterius. ff. de reg. iuris Cagnol. leg. fauorabiliores. ff. de reg. iuris.

78 SENTENTIA ferri contra actorē absentē, pōt secus autem est contra reum doct. auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex, secus est contra reum Bartho. dict. loco, item sententia lata contra unum de correlatiuis non nocet alteri leg. denunciasse. §. fin. ff. de adulter.

79 Seruus dominum iuuare tenetur, secus dominus seruum l. 1. ff. ad Sillan. non enim locum habet in correlatiuis, quæ se habent ad inuicem per modum superioritatis.

80 Solutionem recipere cogitur creditor ab uno ex pluribus hęredibus defuncti debitoris, tamen nō cogitur agere in solidum, seu ultra portionem hæreditariam contra vnum ex pluribus hæredibus nō. Doc. l. 1. rub. C. si cert. petat. l. tale pactum. §. post. ff. de pactis.

81 Sta-

81 Statutum loquens simpliciter de uno ex correla tiuis prohibitiue non extenditur ad alterum.l.ve. teres ff. de act. empt. l. si conuenit. C. de pactis.l. continuus.§.cum ita ff. de verborum obliga. not. l.si præses C.de seru.& aqua.
82 Stipulator, & promissor relationem habent l.1. ff.de uerbo.oblig.fallit cum stipulatio exequitur, tunc enim promissor obligatur stipulatori, sed non e contra l.labeo.§.contractum ff. de uerb. sig. glo.rub.C.de reb.cred.
83 Studio alicui priuilegia concessa, quæ alteri studio concessa erant, destructo studio, cui fuerant concessa,non tolluntur priuilegia alteri, quia fuerant concessa per modum perficiendi, non per modum essendi Baldus leg. omnia. C. de episco. & Cleric.
84 Subiectum unum, & idem non potest habere duo correlatiua cap.fin.de inst.gloss.cap.debitum de Bapt.differentia enim esse debet inter dantem, & accipientem.
85 Substitutio facta uni ex correlatiuis, non comprehenditur alterum, quia regulariter non excedit personas nominatas not.l.Lucius. ff.de uulg. l.1.& l.ex facto ff.eo.
86 Succedens pater in bonis matris vna cum aliis fratribus defuncti, filius, similiter eiusdem patris tenetur illud,in quo succedit reseruare liberis primi matrimonii auth. defūcto.C.ad sē.cōs.Tertu. l.generaliter.C.de secun.nupt.secus est in ipsis liberis Bapt.in tract.de correlat.nu.202.
87 TAXATIVA facta vni ex correlatiuis facit,vt nō extendatur ad alterum not.Doc.l. rationes.C.de proba.doct.l.fin.C de ind.uid. tol. c. intelligentia extra de verb.signi.

88 Testator relinquens alicui† debita sua ad hoc, ut legatum ualeat debet exponi idest credita arg. l. l. quoties ff. de reb. dubiis l. labeo. C. de fideic. Bal. & Saly. rubr. C. de reb. cred. fallit quando non est ratio impropriandi verba. l. non aliter ff. de leg. 3. secundo fallit si aliud appareat de mente disponẽtis l. item ff. de pactis. Tertio fallit quando testator utitur verbis onerosis l. si hęreditatem ff. mandati Bap. in tract. de correl. n. 131. in term. huius reg.
89 Testis pro domino nec seruus,† neque familiaris admittitur licet dominus contra eos admittatur l. etiam C. de testibus, Euer in loco a correlat. nu. 8. item testes sibi reus examinare potest ad perpetuam rei memoriam, actor autem sibi correlatiuus non potest l. lege aquilia ff. ad l. Aquil. Bald. auth. si quis C. de testibus not. capitu. quoniam frequenter ut lit. non cont. item iudeus non potest esse testis cõtra Christianum in iudicio, Christianus tamen contra iudeũ testis idoneus erit l. qm̃. C. de hęret. doc. clem. 1. de testi. c. Iudei eo. tit.
90 Transactio facta ab uno ex correlatiuis non nocet alteri, nisi habeat speciale mandatum l. 1. C. de transactio.
91 Tutela finitur aliter in masculis, & aliter in fęminis not. inst. quib. mod. tut. fin. item masculus cõdit testamentum 14. Anno, fæmina autẽ duodecimo l. qua ætate. de testam.
92 Tutor mortuo pupillo desinit esse tutor, & administrator, nisi etiam intuitu rerum detur secus si moriatur, tutor, quia adhuc pupillus alio eget tutore. doct. com. instit. quibus mod. tutela finiatur vbi Ang. & alii.
93 Venditio vna ex parte vendẽtis dicitur ẽt plurium rerum ex quo unicum accipit pretium, sed

sed ex parte emptores plures dicuntur esse, Bar. l. scire debemus ff. de verbo. obli.

93 Vendito uno † ex correlatiuis non censetur venditum reliquum. l. si unus §. ante omnia ff. de pac. l. nummis ff. de leg. 3. cum similibus.

94 Venditor tenetur rem venditam † tradendam emptori; tamen emptor non tenetur ad precium rem tradi, sed obligatione dandi. l. exemplo ff. de act. empt. Bapt. in tract. de correl. nu. 124.

95 Venia ætatis impetrāda est à liberis, vel à libertis & tamen secus est e contra de generaliter ff. de in ius voc. l. uenia. l. fin. C. de in ius uoc.

96 Verba statuti si intelligenda sunt pro † ut iacent nullo super addito intellectu; tunc dispositum in vno de correlatiuis non extenditur ad reliquum quia correlatiuum uenit ex tacito, & intrinseco intellectu. l. fin. C. de ind. uid. toll. Fulgo. l. 1. ff. de fund. instr.

97 Vsurarius magis punitur, quàm ille, qui accipit pecuniam sub usuris, item debitor iurans soluere usuras tenetur soluere, licet creditor illas licite tenere non possit. c. debitores de iur. iur.

98 Vsufructuarius non transmittit ad hæredes, sicuti proprietarius. l. 3. C. de vsufructu.

99 Vtilitas publica, Fel. capit. causam quæ de rescr. doct. com. l. iubemus. C. de sacr. sanct. eccl. l. nullus C. de summa Trinit. & fide Cath.

100 Vxor sequitur forum uiri, † sed non vir forum vxoris. l. cum quædam ff. de iurisd. omn. iud. c. de sponsalibus tit. de concubin. item maritus potest accusare vxorem suam de adulterio, non autem vxor maritum leg. Iuliam. ff. de adulter. dixi supet limit. 48.

13 Pro solutione huius reg. distinguendo dicas, aut

loquimur de correllatiuis quæ habent se ad inui-cē quo ad esse, tunc necessario posito uno ponit & reliquū vno sublato tollit & alterū, pater.n.est alicuius filii pater, sublato filio pater non dicitur amplius iuxta illud si re priueris, nec nomen habere
14 mereris c.cor episcopi.68.dist. & hoc modo semper procedit reg. ista, Bru. in tract. stat. super fæmin.arti.14. nu. 12. Abb.in proemio decretal.nu. 20.Paris.consi.82.nu.33.vol.3.Aug. Ber.consi.140. nu.17.vol.1.c.ad nostram nu.5.de empt. & uend. Cephal.consi.109.nu.17.Natta consi.201.n.4.uol. 1.Socin.consi.56.nu.3.vol.1. Ruin.consil.33.nu. 11. vol.1.Alex.consi.131. num.2.vol.5.l.generaliter §. cum autem nu.5.C.de inst. & subst. aut uero quo ad modum efficiendi aliquid, & tunc uno sublato nō corruit alterum, ut dictum est super in lim. 83.conc.Dec.Pedam. 140. numero 7.Feli.proem. Decretal. numero 5. Ronchegallus l. eandem nu. 43, ff.de duob.reis Ias.l.fin.num.29.C.de ind.uid. toll. Afflict. dec. 209.numero 2.Boer. Dec.48.nu. 3.dec.242.num.10.Fel. cap. si. num.4. de iud.aut vero quærimus ad dispositum in vno extēdatur ad aliud, & tunc aut militat eadem ratio, aut non, primo casu procedit, secundo autem non, quia re-
15 gula correlatiuorum dicitur regula parium, tam in dispositione legis, quam hominis, etiam in pœnalibus, nisi constet aliter dispositum esse in iure, seu aliter de mente disponentis, Bartho.l.fin.ff.de acceptil. l. si cum dies §. penultimo ff.de arbitr.l. veteres ff.de act.empti.l. cum emptor ff. de resci. vend. Bapti. in tract. de correlat. columna penultima.Euer in loco a correlat. numero 10. not. leg. cum te C. si certum petatur Francus capitulo primo de temp. ord. 6. Abb. capitulo primo locati,
Ias.

Iaso.leg. quod dicitur numero 39.ff.de verborum obliga.l.legem numero 30.C.de ind.uid.toll.Socin.l.moribus numero 102.ff.de vulg.idem rubr. ff.de acquirend.possess.numero 93. Abb.capitulo postulatis numero 12.de concess.præbend. Boer. decis.48.numero 3.Doct.com. auth.qui semel.C. quomodo,& quando Iudex Bald.in tract. de dote p.7.priuilegio.1.nu. 15.

Summaria in x. Reg.

1 *Relatum est in referente.*

2 *Relatum dispositionem limitat.*

3 *Relatum inspiciendum est;non autem referens.*

4 *Relatum ne dum demonstrat substantiam, sed etiã omnes qualitates.*

5 *Relatum per quam dictionem fiat.*

6 *Relatum non releuat cum specifice sciri non potest.*

7 *Relatum an sit in referente uere, & proprie.*

8 *Relatum cum non appareat an credatur referenti.*

9 *Relatio cum ad unum tantum est facienda, ad illud debet restringi, ne reddatur elusoria dispositio.*

10 *Relatum cum apparere non potest, si potest nihilominus ualere dispositio substinebitur.*

11 *Relatio ad proximiora fieri debet.*

12 *Expreßum est, quod per relationem habetur.*

13 Relatum esse in referente, quibus in casibus habeat, lodum latissime declaratur.

14 Quantitas talis est in termino relato, qualis est ipsa in termino referente.

15 Specificata dicuntur in termino referente cuncta, quæ sunt in termino relato.

16 Relatum est in referente in dispositione hominis.

17 Relatum est in referente in contractibus.

18 Relatum est in referente in emphy. contractu.

19 Relatum est in referente respectu contractus emptionis.

20 Relatum est in referente in iudiciis.

21 Relatum est in referente in accusatione.

22 Relatum est in referente in positionibus.

23 Relatum est in referente in commissionibus.

24 Relatum est in referente in mandatis.

25 Relatum est in referente in prorogatione termini.

26 Relatum est in referente in sententia.

27 Relatum est in referente in compromisso.

28 Relatum est in referente in ult. uolu.

29 Relatum est in referente in codicillis.

30 Relatum est in referente in legatis.

31 Relatum est in referente in dispositione legis.

32 Relatum est in referente in statutis.

33 Relatum est in referente in pœnalibus.

34 Relatum uitium est nullum reddit dispositionem nullam.

35 Relatio non debet fieri ad incerta.

36 Relatio non fit ad ea, ex quibus resultaret iniquitas.

37 Expressio, quæ fit per relationem est specialis, non tamen singularis.
38 Relata proprie non dicuntur nominata in referente.
39 Dictio perinde improprietatem denotat.
40 Dictio quasi improprietatem significat.
41 Relatio non fit ad ea, in quibus ratio diuersitatis consistit.
42 Relatio non fit cum implicatur contradictio.
43 Relatio non fit cum ratio recti sermonis nõ patitur.
44 Relatio non fit cum ipsa redderet dispositionem inutilem.
45 Relatio non dicitur facta quando dispositio fit ab eo, qui potest libere disponere.
46 Relatio non sufficit cum pro forma alicuius dispositionis aliquid expressum requiritur.
47 Iuramentum non potest interponi per relationem.
48 Expressio Grauaminis non sufficit fieri per relationem.
49 Expressum, ac simul certum cum aliquid requiritur satis non est per relationem fieri.
50 Exprimi cum aliquid nominatim debet satis non est ut per relationem fiat.
51 Relatio nulla est cũ ipsa fit ad instrumentũ inefficax
52 Relatio non fit cum inducitur contrarietas.
53 Relatio non fit per testes ad alias disposit. in eã crim.
54 Relatio non fit ultra intentionem agentis.
55 Relatio fieri non debet ad diuersa.
56 Relatio non fit ad ea, quæ sunt specialiter nominata,
57 Relatio non fit cum uidetur statim se partes corrigere.

58 Relatio non fit, cum inducitur correctio legum.
59 Relatio non fit ad id, cui non congruit ipsa.
60 Relatio non fit ad incidenter dictum.
61 Relatio releuatoria non est, nisi fiat eo modo, quo specifice res relata sciri posit.
62 Relatio non fit ad ea, quæ conditionaliter ponuntur.
63 Relatio non fit ad id, quod uerisimiliter non comprehenditur in referente.
64 Relatio non fit a nimis remotis.
65 Relatio non fit, cum ordo scripturæ id non patitur.
66 Relationis expressio quotuplex sit.
67 Relatio generalis, specialis, singularis, quæ dicatur.
68 Statutum loquens de propria scriptura, an habeat locum in subscriptione.
69 Fideiussor uere, & proprie promittit eandem summam, quam reus principalis promisit.
70 Relatũ quomodo dicatur in referẽte late discutitur.

REGVLA. X.



1 Elatvm est † in referente l. asse toto ff. de hære. insti. ibi quem hæredem codicillis fecero, hæres esto, Titium codicillis heredem instituit; eius quidem institutio iure ualet, ideoque licet codicillis dari hereditas nõ posit, tamen ex testamento data videtur, quia agitur ex scriptura declarata non ex scriptura declarante, ita firmat Bar. & cum eo com. Doc. d. l. asse toto. conc. l. si ita ff. de cond. & dem. l. institutio ff. de cõd. instr. l. 1. C. de codicillis. l. vnum. §. si de falcid. ff. de leg. 2. l. lege

2.l.lege.ff.de verb.sig.l.si quis in princ. ff. de leg. 3.l.1.C.de man.testam.Paris.cons.2.nu. 50.cons.7. nu.3.consi.18.nu.24.consi.51.n.17.uol.3.Ias.l. Marcel.nu.14.ff.ad Trebe.l.placet nu.22.ff.de liber.& posth.Dec.Pedam.23.n.41,Decis.110.nu. 3. Ruin. consi.84.nu.4.cons.35.nu.40.vol.1.cons.134. nu. 20.vol.2.consi.114.nu.16.vol.3.Alex.l. ait prætor §.si iudex num.2.ff.de re iud. not.l.2.ff.de hæred. inst.Beneuentus in tract.de mercatura Tit.de mãdato nu.13.Ale.consi.23.nu.9.vol.7.cons.87. nu.6. vol.6.Crau.consi.88.nu.3.Soccin.consi.170. nu.33. vol.2.& in tantum procedit vt dispositio a relato
2 limitationem,& temperamentum recipiat l.in testamento ff.de cond.& dem.l.2. ff. de hæred.inst. Dec.cons.63.nu.6.Ber.cons.20.num.9.vol.3.consi. 93.nu.51. vol. 2.relatum enim inspici debet licet
3 aliter referens disponat.Ale.cons.9.num.12.vol.5. consi.141.nu.1.vol.2.Beneuent.in trac. de merca. in tit.Mand.n.13.vnde relatum nedum infert substantiam sed etiam omnes qualitates Paris.consi. 2.nu. 53. vol.3.consi.19. num.68.cons.80.num.41.
4 vol.2.Crau.consil.88.nu.3. Soccin.Iun.consil.170. nu.33.vol.2 Ruin.consi.183.nu.1.volu.2.pro cuius declaratione non nulla prius præmittenda sunt anté quam inferam ad praxim reg.istam, & primo quod relatio fit per dictionem, ut supra,quẽadmodum secundũ, & similia vt doctissime per
5 Cephal.cons.153.nu.59.Dec.consi.182. nu.3.consil. 227.nu.3.consi.394.nu.1.Ruin.consil.13.nu.8.uol. 1.consi.183.nu.1.lib.1.Paris.consi.19.nu. 67. consil. 41.n.65.vol.2.Decis.Pedam.23.nu.41. si tamen relatio fit eo mõ,quo specifice sciri non posit,q̃d in
6 relato continetĩ relatoria non videt̃,Paul.cons.139. nu.5.Crau.in trac. de antiq.temp.p.2.nu.4.Deci.

Pedam.39.numero 4.secundò not. quod relatum est in referente vere,& proprie. Bald.l. qui interrogatus.ff.de interrog.act. Dec.l.certum ff. si cer.
7 pet.consil.489.numer.10.Crau.consil.45.numero 4.Barth.l.si quis seruum.§.fin.ff. de leg. 2. auth. si quis in aliquo.C.de edendo,deci.Pedam.110.nu. 3.Dec.consi.11.numero 18. consil.539.numero.9. consi.686.numero 1.consi.47.numero 2.Bald.con si.338.volumine 2. Tertio not. quod licet relatum
8 non appareat, creditur referenti, in his quę pendent a uoluntate partium, & uoluntas apparet explicite.Crauet.consi.157.numero 3.l.si donatio. C.de donat.Dec.l.liberti in 4.not.ff.de offi. assessor.Bald.auth.si quis in aliquo.C. de edendo.l.2. C.de episcop.& Cleric.Angel.consi.368 columna 1.Soccin.Iun.l.1.numero 14.ff.de uerborum obl. Ias.l.Marcellus numero 14.ff.ad Trebel.Alexan.l. ait prætor.§.si iudex numer.24.ff.de re iud.quarto not.quod quando non est nisi vnum ad quod pos sint verba referri, ad illud necessario referuntur,
9 quamuis sit tale,quod alias non veniret Ias. l. qui Romę.§.duo fratres numero 62. ff. de verborum oblig. quinto not. quod quando relatum non reperitur si actus aliquo alio modo potest valere ualebit ad hoc,vt potius valeat,quam pereat l.quo-
10 ties ff.de reb.dub.Paris consi.133.numero 12. volumine 4.Ripa l.admonendi numero.36. ff.de iur. iur.sexto not,quod relatio ad proximiora præcedentia non sequentia fieri debet gloss.l.1.ff.de leg.
11 præst.Abb.consi.78.columna 2.volumine 2. Cra. consi.147. numero 8.Paris consi. 24. numero 32. consi.76.numero 108.uolumine 2.consi.39. numero 4.volum 3.Soccin.consi. 156. numero 15. volu. 2.Cephal.consi.296.n.7.Boer.decisi.146.numero

2.septi-

2. septimo not. expressum esse, quod per relationem habetur, Doct. com. l. ait prætor. §. 1. ff. de re
12 iud. l. in summa. l. institutio ff. de cond. inst. l. si ita ff. de cond. & demon. l. si prior. ff. sol. matr. Decis. Pedam. 23. nu. 41. Paris consi. 19. numero 63. volu. 2. Crau. consi. 88. num. 3. Soccin. consil. 170. numero 33. uol. 2. Ruin. consi. 183. nu 1. volu. 2. Dec. consi. 63. nu. 6. Ias. l. Marcellus nu. 14. ff. ad Trebell. infertur reg. hæc ad multa, & primo.
1 ABSOLVTIO facta a iudice directe, absoluimus te
13 a petitione tibi facta, prout absoluimus Titiũ, talis absolutio ualet etiã si de absolutione Titii non constet, dummodo in forma iuris tradatur; Bart. l. eum qui. §. Iulianus. il 2. ff. de const. pec. glo. capitulo quoniam Abb. de offic. deleg. Doct. l. 1. C. de inst. & subst. per hanc reg. de qua per Alexand. consi. 23. numero 9. lib. 7. consi. 87. numero 6. volu. 6. l. ait prætor. §. si iudex numero 2. ff. de re iud. Decis. Pedam. 23. numero 41. Iaso. l. Marcellus nume. 14. ff. ad Trebell.
2 Acceptilatio facta hoc modo: habeo acceptum, secundum quod recepi a Sempronio; si non constet de aliqua Sempronii acceptilatione, valebit tamen, si forma seruata fuerit not. l. 1. l. pluribus ff. de accepti. quia interrogatio & responsio fuerint super idem iuxta not. l. 5. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. fallit nisi fuerit responsum per modum conditionis l. actus legitimi. ff. de reg. iur. conc. Paris cons. 133. numero 12. volumine 4. consil. 51. numero 17. volumi. 3. August. Ber. cons. 20. nu. 9. volum. 3. consi. 93. num. 51. vol. 2. hoc doct. com. d. l. asse toto ff. de hered. inst.
3 Accusans aliquem in libello si petit eum condẽnari secundum formam statuti, si statutum nihil
disponat

disponat,condemnabitur tamen secundum formam iuris com. ne delicta remaneant impunita, Bald.l.3.C.de nupt. Ias.l. admonendi lectura 1.nu. 34.& lectura 2.nu.30.ff.de iur.iur.Abb.c.cum Bertoldus de sent.& re iudi.c.inter cæteras eo. ti.Soccin.consi.63.numero 7.libr.3.consil.27.col.4.vol. 4.Paul.consi.283.Gratus consi.105.num. 3.libr.2. dummodo probet.

4 Actor in libello † se referens ad instrumentum, in quo nihil reperitur, si tamen postea debitum probat per alias probationes, obtinere debebit, non obstante relationem instrumenti, in quo nihil reperitur.Roma. consi.11.glo.1.l.admonendi. nu.31. & de iur. iur.ubi Ias.si uero non probabit, non auditur quia relatio est in referente Doct. com.l.ait prætor.§.1.ff.de re iud.l. hæc uenditio.§. huiusmodi ff.de contr.empt.Port.consi.32.nu.17. Ruin.consi.84.nu.4.vol.1.Dec.consi.2.n.18.Por. consi.100.nu.1.Paris.consi.21.nu.39.vol.3.

5 Actus dummodo constet,licet non appareat cõtentum in eo,si relatio fiat ad ipsum uerificabitur ita in terminis per hanc regul. docet Paris.consil. 133. num. 12. quia accedunt aliæ præsumptiones, & coniecturæ in informatione facti, alias secus, per hanc reg.Doct.leg.institutio.ff. de condi.inst. Bart.l.vbi autem.§.illud ff.de verb.obl.Ias.l. Marcellus nu.14.ff.ad Trebell.l.placet num.22.ff.de liber.& posth. Alex.l. ait prætor.§. si iudex nu.2.ff. de re iud.Dec.consi.63.nu.6.Decis.Pedam.23.nu. 41.Paris.consi.19.nu.68.vol.2.

6 Adoptio facta,hoc modo videlicet, adoptamus Sempronium ſm quod adoptauimus Seium si adoptãs apponit relationẽ per modum conditionis,tunc non valet.l.si tibi vbi Doct. omnes ff.de adopt.

adopt. si uero per modum causæ efficiendi bene ualebit, ita firmat Cagnol. l. actus legitimi. nu. 6. ff. de reg. iur. not. l. 1. §. 1. si furt. fam. fecisse dicat. l. si quis seruum. §. fin. ff. de leg. 2. August. Ber. consi. consi. 20. nu. 9. vol. 3. consil. 93. nu. 51. vol. 2. consil. 110. nu. 22. & seq. vol. 2. Paris. consil. 5. nu. 17. vol. 4. consi. 1. nu. 106. vol. 3. consi. 7. nu. 13. vol. 2.

7 Alienans † bona sua hoc pacto: alieno rem meã secundum quod Sẽpronius suam alienauit, si de alienatione Sempronii non constiterit, talis contractus tunc dicetur nullus, nisi ex uerisimili mẽte posit donatio præsumi, vel nisi solemnitates debitas posuerit, not. Bartho. l. 1. C. de errore Calc. Abb. c. Bertholdus de sent. & re iud. Doct. com. c. quoniam contra de probat. Imol. l. diuus ff. de re iud. Soccin. consi. 27. col. 4. vol. 4. Cephal. consi. 16. nu. 32. consi. 44. nu. 14.

8 Antecessor. iudex in sententia † dicit: condemno te ad soluendum omni anno 10. saccos frumenti sicuti tui antecessores soliti soluere sunt, si antecessores nihil soluerint, an ualeat talis sententia? resp. quod, si causa iusta fuit condemnandi, sententia valebit, quia tunc illa dictio secundum non stat conditionaliter, sed causaliter, l. cum qui §. Iulianus il 2. ff. de co... pec. vbi Bartho. & com. Doct. gl. c. quoniam Abbas de offi. deleg. Ias. l. pen. C. de inst. & subst. Oldr. consi. 121. in terminis huius regu. idem est in contractibus ac ẽt vlti. vol. Iohan. Andr. in add. ad Spec. Tit. de feudis §. 1. Alc. consi. 145. volu. 2. Paul. l. admonendi colum. 5. ff. de iur. iur. consi. 322. & l. pe. C. de inst. & subst. dũmodo adessent debitæ solemnitates, ita in terminis huius reg. Ias. l. admonendi 1. lectura nu. 37. & lectura 2. nu. 30. ff. de iur. iur.

9 Arbitro facultas concessa iudicandi secundum formam primi compromissi, si de primo non constat nulla ei iurisditio deuoluitur capitulo cũ dilecta de confirmat. utili, uel inutili Abb. capitulo ex parte de priuileg. per hanc reg. de qua per Iaf. d.l. admonendi numero 32. ff. de iur. iur. Deci. consil. 433. numero 4.

10 Arma si quis portauerit contra reformationem statuti factam, quæ dicit, vt quis puniatur secundum formam statuti, si statutum nihil disponit, talis reformatio non valet, nisi ex coniectura appareat de qua pœna intelligi possit. l. in testamento la 2. ff. de condi. & demon. vel nisi de iure aliqua debeatur pœna capitulo i. qualit. Dom. proprie. prin. Roma. & Iaso. l. admonendi lectura 2. nu. 28. ff. de iur. iur.

11 BANNITVS per sententiam iudicis hoc pacto, pronunciamus talem Bannitum secundum quod fuit bannitus pater ipsius, nisi constiterit de banno eius patris, non dicetur non bannitus, nisi aliter appareat. Ripa l. 5. §. si iudex numero 13. ff. de re iudic. procedit enim reg. hæc etiam in pœnalibus Bald. consi. 13. consi. 181. volumine 5. Bald. l. 1. §. & post. columna 2. vbi Alexand. & Iaso. ff. de oper. nou. nunc. Bald. l. acceptam quæst. 7. C. de vsuris l. 1. quæst. 10. C. de his qui pœn. nomi. Alex. consil. 87. nume. 6. uolumi. 6.

12 Beneficium collatum alicui, vt soluat Caio pensionem, quam soluebat antecessor, si nulla unquam fuit soluta pensio non debebitur per istam reg. de qua Decis. Pedam. 23. numero 41. Decis. 110. numero 3. Ruin. consi. 83. numero 1. volum. 2. Iaf. l. Marcellus numero 14. ff. ad Trebel. l. placet nume. 22. ff. de liber. & posth. Alexand. l. ait prætor.

tor §. si iudex numero 2. ff. de re iud. consi. 87. nu. 6. volum. 6. August. Ber. consi. 20. numero 9. volu. 3. consi. 93. nu. 51. vol. 2.

13 Benemeritus: si princeps concesserit alicui castrū in feudum, ita disponens, quemadmodum genitor noster concessit tali benemerito tale castrum in feudum, ita nos quoque ei tibi concedimus, si de prima inuestitura non constiterit, talis tamen cōcessio ualebit, dūmodo scilicet præcesserit debita forma, atque solemnitas. Iohan. Andr. in titu. de feud. post Specul. in §. 1. in princ. Alex. consil. 145. volum. 2. Paul. l. ad monendi, columna 5. vbi Iaso. numero 38. ff. de iur. iur. Oldrad. consi. 121. in termin. huius reg.

14 Bonæ fidei possessorem si quis se esse dixerit secūdū quod possidebāt sui antecessores, nisi constet de possessione suorum, nihilominus dicetur bonæ fidei possessor, quia errans in facto bonæ fidei possessor dicitur. Abb. c. si diligenti columna 5. & ca. de quarta de præscr. glo. & Port. instit. de vsuca. ver. error. Aret. §. nouissime col. ti. Gin. & Bal. l. vēdicationi C. pro emptore, Bal. l. nullo, C. de rei. uēdic. Alexand. consilio 73. volum. 2. Din. cap. 2. nu. 38. de reg. iur. 6.

15 CALCVLATOR. videtur † relationem facere qui se relationi aliorum subscripsit, ita in terminis huius reg. per Marc. Ant. Natt. consi. 40. nume. 4. per l. non figura ff. de act. & obli. cap. cum martæ de celebr. miss. quis enim per scripturam loqui dicitur. l. cum seruus ff. de cond. & dem. Bald. l. pen. C. de incerd. matr. Bartho. l. emptio §. Lucius ff. de pact. Doct. §. 1. instit. de empt. Dec. auth. si quis in aliquo num. 17. vbi etiam Cagnol. & com. omnes C. de edendo.

16 Certum

16 Certum dicitur aliquid cum per relationem habetur l.5.§.si iudex vbi Ripa num.5. ff.de re iud.l. hæc uenditio.§.huiusmodi ff.de contr. empt.l.certum vbi doct.com.ff.si cert.pet.l. vbi autem.§. illud ff.de uerb.obl.l.1.C.de codicillis. l. institutio. ff.de cond.inst.l. qui non militabat.§.1.ff.de hære. inst.Soccin.consi.27.col.4.vol. 4. Cephal. consil. 256.nu.42.consi.16.nu.32.consi.44.nu.14.Angel. l.si prior.ff.sol.mat.
17 Cesio facta per filiam†omnium bonorũ,quæ habet in bonis patris, an uideatur cedere iuri dotis maternæ: solutio est quod sic,si nullum ius habet nisi dotis materne, ne inutilis sit cesio l. fundus ff.de fundo instr. Bald. l.liberti C. de oper.libert. Ias.l.qui Romæ.§.duo fratres nu.63.ff.de uerb ob. alias secus,per l.institutio ff. de cond. inst. l. si ita ff.de cond. & demon. l. si prior ff.sol.matr.Decis. Pedam.110.nu.3.Ias.l.Marcellus.n.14.ff.ad Trebe.
18 Citatio facta respectu vnius†actus,locum non habet si ille actus in substantia, uel qualitate varietur.Dec.in termin.huius reg.consi.449.nu. 1.per l.in testamento.ff. de cond. & demon. l. asse toto ff.de hæred.inst.l.1.§.1.ff.si furt.fam.fec. dic. leg.si quis seruum.§.final. ff.de leg.2. l. sanctio legum ff. de pænis,Paris.consi.2.nu.50.consi.7.nu.3. consi. 18.nu.24.consi.51.nu.17.vol.3. August. consil. o. nu.9.uolum.3.consi.93.nu.51.vol.2. consi. 110.nu. 22.volum.2.
19 Clausula omni meliori modo†apposita in fine substitutionum,ad omnes substitutiones referri debet, quando non subest ratio diuersitatis, cur ad unam potius referatur, quam ad aliam l.3.§.filius.ff.de liber. & posthu.l.talis scriptura.§. fin.ff. de leg.1.Barth.l.fin.ff.de reb,dub.,Bal.l. quisquis
C.si

ɣ.ſi cert.pet.l.1.C.de liber.prąt. c. inquiſitioni de appella.Dec.conſi.79.nu.4.Crau. conſ.326.nu.14. item not. quod clauſula adiecta vni capitulo non eſt referenda ad cęteras partes, quando diuerſa ratio poteſt aſsignari, Bartho.l.3.§.filius.colum.2.ff. de liber. & poſthu. nume. 7. not. l. talis ſcriptura §.fin. ff. de leg. 1. Dec.conſilio 294. Alba.conſilio 88.numero.6.

